





10. 1692. 5
AVSPICE DEO TRINVNO,
AUTORITATE ET INDULTU

Magnifici Nobilissimi & Amplissimi,

JCTORUM ORDINIS

ILLUSTRI HAC LUDOVICIANA

J U S C O M
MUNIONIS
PROLICENTIA

Summos in Utroquè JURE DOCTORATUS

Honores & Immunitates legitimè confe-

quendi,

IN ACROATERIO JCTORVM
Solenni

DN. PROFESSORUM

Examini sistit,

JOH. MICHAEL MELCHIOR.

Marburgō - Hassus

Ad diem 25. Julii H. C.



GIESSAE HASSORVM.
Typis FRIDERICI KARGERI, Anno M. DC, LXXII.

AUTHORITATIS ET INDUSTRIA
S. MICHAELI VENDELLII

ICTORUM ORIGINIS

ILLISTRIS HIC FUDICIONIS

MUSICA
MINIONIS

PROLIFERANTIA

SUMMOS IN LITERIS LIBRE DOCTORATIS
HONORES & TUMULUS ELEGIRIBUS CONCILIO

IN AGRICULTURA ICOTORVM

DN. PROFLSORIUM

JOHN MICHAELI FELICIORI

FRANCISCHI - HALLERI

ANNO MDCXXVII

EDIDIT ET CARICAVIT IACOBUS WOLFGANGUS



B. C. D.

PROPAEDIA.

Secundum veteris ævi Scriptores olim aureum tradidisse Macrobius 1. *Saturn.* c. 1. testatur, Romanos sacram Saturni ædem Ætarium voluisse Justinus 1. 43. c. 1. prodit, quod tempore, quo is incoluit Italiam, in finibus ejus nullum fuissest fur- tum commissum, aut quia sub ipso nihil erat cuiusque privatum.

*Nec signare solum aut partiri limina campum
silesi, insule fas erat, in medio quarebant.*

Ideced communis apud eum locabatur pecunia, sub quo cunctis universa fuissent communia, nequè servierit sub illo quisquam, neq; privatæ quicquam rei habuerit, sed omnibus indivisa omnia, velut unum cunctis patri- monium, essent, quô argumentô illius ævi status, Poëta- rum commentis alibi ætate autem, alibi Saturni aetate Justi- tia Regnô, quô nec jurgia ulla, quæ flagitorum causam, nec defectus, qui inopia speciem præberet, adumbra- tus certitur.

§. I. Verum enim verò utcunq; initio Status Ro- mani seu Italiz Saturni subsequentiumq; Regum tem- pore cum circa ætarium, quod publicum variumq; es- tuit. Livio in bell. pun. 2. de sanct. arar. teste, tum circa qualcunque res alias, quæ in commercio hominum esse

A

possunt

possunt, communio aliqua facilè agnosci potuerit, ut
pote quam hodienum in Civili hominum consortio pro
unius alteriusvè Reip. Magistratus aut certæ societatis
determinatione circa quorundam bonorum communii
um jus servari videmus Hug. de Roy. Syntes. Phil. Theol.
Ipr. l. 2. tit. 6. n. 3. Pfluslend. Elem. Ipr. un. l. 1. def. 5. n. 15. atta-
men simplicem & absolutam rerum communionem qui
defendere atq; confirmare ausint, divina quidem verita-
tis judiciò reclaque rei Civilis normâ egregiè falluntur,
cùm interdicti divini de *non faciendo furto*, quod absq; p
ræsuppositâ bonorum proprietate concipi nequit,
cum supremæ Reip. legis, quæ salus populi esto, protulit
immemores, per text. in Mosaici Juris Corpor. Exod. c.
20. v. 15. & Cic. de Rep. l. 5. & 3. de leg.

§. II. Perfectissimam equidem in statu innocentia
integritatisq; rerum omnium obscuram nobis fuisse
communionem, tanquam integerrimi affectus unionis-
q; in ita perfecta notam, cum rerum proprietas im-
perfectionem arguat, huic felicitati contrariam, facilè
cum Doctiss. Viris largimur. Vérum immutata pri-
mavâ illâ rerum facie, non potuit aliter, quin crescen-
te hominum malitiâ, insitique naturæ cupiditatibus il-
licitis rerum distincta enascerentur dominia, vacua oc-
cupantibus cederent fierentque propria, l. 1. ff. de A. R. D.
L. 1. §. 1. ff. de A. R. P. §. 2. I. de I. N. I. & C. l. 5. ff. d. I. & I. c. jus
naturale dist. I. Hahn. de jur. rer. c. 2. concl. 12. n. 1. & hoc vel
ab ipso Numinis summi p̄fstituto, quo dividebat Altissim⁹
Gentes, se parabat filios Adæ, constituit terminos popu-
lorum &c. in Can. Mos. Deut. 32. v. 8. decimas aliaq; bona
Sacerdotibus, Levitis, pauperibus assignabat, restitutio-
nes, cōpensationesq; fieri mandabat. cœu hoc passim te-
stantur Lib. Mos. Vel à libera hominum constitutione, pro-
p̄fstituta munitione obstatim oī nupt. r. s. l. 2. 3. 5. pp. 10. 11.
Inuileq;

ut Noachus totius terrarum Orbis heres à summá potestate institutus ejusdem dominium per partes filiis distribuissé fertur, ap. Epiphanius in Ancorato & plura ejus rei exempla circumferuntur in sacra Abrahæ Historia vetustissima Gen. c. 12. 14. 20. 23.

§. III. Quò ipso tamen Civilis rerum Communio ac inde enascentia Condominia minimum confunduntur, verùm cùm haut raro & equalis jutis radicatione, quandoque poscente subjecti qualitate, ejusmodi constituantur, quæ tantis simul involuta jacent difficultatum spinis, ut vix quisquam ex ejus labyrintho se prorsus extricare, omnésq; controversiarum nodos, qui tubinde non tam rationibus & argumentis, quam bombardis, gladiis & hastis inter potentissimos etiam sèpiùs hucusque dissipati fuerunt, modò solidò vix evolvere valeat, delecti argumentii rationem pro qualicunque genii ingeniique capti faciliori nunc tractatione prosequi, quæque id circa res juraque inde nata ipsam LL. nostrarum sanctiōne vel usu passim firmatis tradita sunt, eā quā decet, brevitate, in Dissertationis hujus examen computare placet, quod institutum aggredior eō confidentius, quō convenientius facio initiu in SS. Triunus DEI nomine, arg. Nov. 6. cuius cùm implorato auxilio, uti Dissertatione hæc copta, ita cùm eodem proposita esto illius,

Th. I.

Expressius autem thema nostrum terminò tantum unū, compositū tamen seu *parte compositionis* dictū, siquidem Communonis Jus è binis conflatum vocabulis, quorum utramq; tuin intratum extra compositionem integrum suam eamque discretam & peculiarem retinet significationem, ut adeò consuetæ, attamen minus necessariæ commodiori tamen ac frequentiori tractandi rationi inhærere si velimus, ante omnia quodvis è duobus Juris Communionis nominibus seor-

4

sum expendere opera videatur premium. Verum neglecta prioris
Iuris vocabuli οὐκαροντια, quæ variorum ad amissim expletit
paginas, C.I. A.ii de I. & lib. 5. W. esemb. πραγμ. eod. Posterioris
Communis definitionem nominalem investigabimus, quæ
constituitur tum per Etymologiam, Homonymiam, tum Syno-
nimiam.

Etymolo-
gia.

Etymon nominis hujus cum primis à suo adjecitivo *Com-*
*muni*s petendum, à quo substantivum illud proxime descendit.
Resolvitur verò *Communis* in præpositionem inseparabilem *Con*
idem in compositione ac *Cum*, & *Simul* notante, & literam ultimam, n. quoties consonantem vel alias quasdam paucas attingit,
euphonix gratiâ pariter in m. mutante, Dillher. in appar. philol.
Just. Lips. l. i. c. 2. p. 161. & vocabulum *Munis*, quod hodienum vel
Munificum & *Officium*, qui munera & munia lubens præstare,
germ. gutthärtig/dienstwillig. *Munis* siquidem à muneribus suam
dicit Originem, quamquam veteribus. *Nonio Marcello Gramma-*
tico telle, *Munes* dicerentur non à largitione, quæ ignota erat,
sed Consentientes ad ea, quæ amici velint. *Vel* non nunquam idem
quod *Communis* notat, velut l. 8. §. 1. ff. de publ. & reet. ibi: *Sed se*
unus ex pluribus hereditibus rem munens *Causa* *vel* *eligatis* *subcribat*,
portiones *ceteris* *non auferuntur*. Gothofr. in not. ad. d. l. Simplex
autem *Munis* vel *Munitas*, quod sciam, usi non probatur. Alias
Communis notatio in genere nulla alia videtur, quam plurium
circa unum idemq; convenientia & æqualis participatio, germ.
Was gemit oder vielen juständig ist. Mart. Lex. Philolog. voc.
Communis Bechman. de Origin. lat. ling. p. 525. *Communio* igitur
est nativa suâ significatione quamlibet conjunctam munium i.e.
munerum ac officiorum vel jurium unionem, unitatemque signi-
ficat. Gerh. Joann. Voss. *Etymolog. ling. latin. voc. Munus.*

Th. II.

Synoni-
mia.

Hanc J. C. tuis Papinianus Consortium, l. 52. §. 8. ff. pro Soc.
& in l. 96. §. 3. ff. de solat. Consortium vocat, inde Consortes
dicuntur, qui ejusdem sortis & fortunæ sunt, l. 1. ff. de R. N. I. nle.
C. de ser. v. fug. L. urt. C. s. liberal. Imper. soc. l. 31. ff. de excus. int. Vocatur
etiam præmisce Societas, l. 53. l. 67. ff. pro soc. vulgo Mascho-
vey Struy, S. I. C. pro Soc. ab. 19. Vel quasi Societas, incidentis & ac-
cidenta-

ständalis, quanquam impropriè & invicem differant, ut genus analogum à suo analogato. Communio enim principaliter & in strictiori significatu rerum est, ac plerumque sine contractu contingit, societas autem personarum, & contractu perficitur, l.1. ff. Comm. div. l.26. §.16. ff. fam. exercit. l.34. ff. de S.R. P. l.2. ff. pro Soc. Nic. Vigil. Metb. ad ff. part. 5. l.44. c.11. W. f. emb. π. pro Soc. n.1. Nonnunquam Communicatio dicitur, l.1. §.14. ff. de tut. ἀριθ. distrib. C. I. A. ff. pro Soc. ib. 2. item Condominium, Klock. tom. 1. conf. 13. n.57. Mod. Pistor. p. 2. q. 81. n.5. Speidel. spec. var. ob. jur. verb. Gemeine oder gesamte Herrschaft. Simultanea possestio, Klock. tom. 3. conf. 124. n.112. Compositio, Cothm. vol. 1. resp. l. n. 33. Fraternitas, Carpz. l.5. tit. 3. resp. 22. n.5. Sic Killinger Gaberbinatus nihil aliud quam Continuaciones nuncupat, in tr. de super vulgar. disc. 5. n.3. germanicè eine Gemeinschaft/gemeiner gerechtsam/gemein Eyzenshum oder Besitzung. W. ehn. pr. Obf. voc. Ganerben cap. 4 Klock. tom. 1. conf. 13. n.61. græcè κοινωνία J. Polluc. 19. onom. (Harmenopul. l.3. c.10. & II.

Th. III.

Non attentā, quæ extrajuris nostri sphæram varia notari, Homony-
mia. aliaque in Theologico, alia item in Philosophico sensu concepi
solet, acceptio, ea vel in propriâ & verbalis occurrit, quem
admodum Communio juris vel ius communis dicuntur, quod o-
mnis ligat, inde communis præceptum fluit, l.1. ff. de LL quo no-
mine καὶ ζόχῳ Jus nostrum Romanum, latè autem Gentium
Jus, quasi lex communis in publico Mundi & naturalibus tabu-
lis scripta, insignitur, Tertull. lib. de coron. n.11. Aristoteli οὐνοματεῖαι
indigitatur, quod Impp. Severus & Antoninus sibi cum a-
liis commune, §. ult. 7. quib. mod. test. infirm. Theodosius & Va-
lentinianus Impp. dignam Majestate regnantis vocem esse, legi-
bus scilicet propter, l.4. C. de LL. & Justinianus Imperator
et Pauli sententia, l.23. ff. de leg. 2. falsa tamen Majestatis præemi-
nentiâ, dixerunt. Simili ratione Jus publicum respectu singula-
ris Communio prohibetur, l.21. l.26. l.35. ff. de misit. test. l.8. ff. de
cond. & demonstr. l.7. ff. de in just. rupi. & res Communis alio no-
mine pro Publica habetur, l.3. ff. ne quid in loc. publ. Zocf. Comm.
ad ff. de R.D. Alth. discol. l.1. c.21. n.23. Arnis. de jur. Maj. l.3. c.3.

¶. 2. Alio sensu verba Institutionis testamentaria communia sunt, *Wcl. n. de hered. ins. n. 6.* Card. Tusch. *concl. pr. 88. voc. verba Bartain. l. 15. ff. de vulg. & pup. sub p. 14. & seqq.* aliter etiam Communio Universitas seu Communitas dicitur, quia pro Rep. accipitur. *l. 37. ff. de iudic. l. 5. ff. de vi publ. l. 1. ff. de appell.* vel pro corpore Universitatis & Collegii, *l. 1. §. 1. ff. quod cuiuscun. nom. aliter Auditorium Commune, in quo sacri palatii Proceres lites diribebant, l. 37. C. de appell.* aliter Commune placitum, *l. 27. C. de pign. & hypoth.* Communis loquendi usus, *l. 15. ff. de U. 8. l. 7. §. 22. ff. de suppell. leg.* Communis Opinio & fama, *l. 6. l. de re iud.* Præsumptio, *l. 9. §. 8. ff. si cert. pet.* Syndicus communis, *l. 1. §. 1. ff. quod cuiuscun. un.* Ita Communis hanc rādō pro vulgari accipi solet, qui tanta ingenii vi non pollet, quin non inferiorum speculatione tantum acquiescat, & in flexuosis iurum in aëndris superiorum autoritate pro Duceatur, *Wehn. abs. pr. voc. Scimil. Sic Communio quandoque Causaliter pro quasi Contractu accipitur §. 3. l. de obl. quæ ex quas. contr.* Vel Formaliter, pro modo constituta communionis, *d. §. 3. l. cod. l. 2. ff. comm. div. l. 31. ff. pro soc. Zaf. de rer. div. n. 30. & de comm. div. act. n. 40. tum Materialiter; pro diversitate Objectorum, *t. t. 7. de R. D. & ff. cod. item l. 1. l. 3. l. 8. ff. de A.R.D.* quorum quædam proprietatis omnino nescia promiscuum omnibus usum praestant & propriis simpliciter opponuntur, quædam vero inter plures confortiō quædam aut consensu collata, in communem proprietatem cedunt, *arg. l. 46. ff. de R. N. Castrens. ad l. 5. ff. de l. & l. tum Effectivæ, pro iure ex obveniente communione resultante, l. 11. ff. l. 21. & passim Comm. div. Bacch. ad l. de obl. quæ ex quas. contr. §. 3. quas posteriores acceptiones tanquam proprias, quæque usū magis invaluerunt, hic notamus.**

Definitio.

E quibus puto facile constabit, quam diversa definitiæ, quoad nominata haec tenus explicati, consideratio notanda, quamque varia ejusdem definitio efformari possit. Ceferis omnibus missis in sequentem modum figurari licet: *Quod Communio sit quasi Contractus, bona fidei, in quo is, qui rem mobilem vel immobilem absque societate communem habet, alteri vel ad rei divisionem vel ad per-*

87

ad personam qui ad eam praestationes obligatur, §. 3. l. de Obl. quae ex
quasi contr. Breder. & Vinn. ad dict. §. & ad §. 5. l. de off. jud. l. 32. ff.
pro facili. l. 25. §. 16. ff. fam. ercif. l. 1. ff. Comm. div. C. I. A. ad eund. th. 2.
l. 20. g. 10. Genus, quod exquivocum deprehenditur, constituit;
quasi Contractus, vocula quasi non in cuiusdam Imperfectionis
sensu, verum improprietas captâ, cuius usus eo modo, quo hic,
in juris libris ab JCtis vix usurpatus reperitur, verum obligatio-
nes quæ ex contractibus aut delictis veris non proficentes,
propter similitudinem quasi ex contractu nasci dicuntur, quo si-
ne, in latissima contractus acceptance, pro quolibet facto unde
obligatio descendit, eodem nomine comprehenduntur l. 20. ff. de
jud. l. 8. C. de profor. 30. vel 40. ann. gl. s. in e. ult. verb. seu Contra-
ctus & ibi Panorm. x. de for. compet. & dispositio in statutis ac legib.
municipalibus de contractibus loquens hositē quasi Contractus
complectitur, modò eadem ratio utrobique valere & procedere
debere militet, arg. l. 2. §. 4. l. 36. §. ult. ff. de jud. Tiraquell. de LL.
Connubial. gl. 5. n. 127. & seqq. Mart. digest. noviss. tom. 3. tit. Contra-
ctus c. 10. Matth. Stephan. dial. jar. lib. 2. loc. 100. quantumvis di-
spar corundem ratio dupondium quemvis vix lateat & differen-
tia à sola causa vel synallagmate absque vel cum expressa conven-
tione, nomine item ac formâ peculiariter à jure inditâ, de prompta
constitat. Hahn. Obj. ad W. es. de past. n. 2.

2. Bona fide,

substantiale, siquidem Contractibus, bona fidei aut stricti ju-
ris esse, per text. §. 28. l. de ast. l. 4. §. 2. l. 14. §. 1. ff. Comm. div. Zas.
ad dict. §. 28. n. 2. & ad tit. Comm. div. n. 40.

§. II. Objectum sunt res non tantum mobiles & immo-
biles, l. 3. l. 4. l. 7. ff. Comm. div. verum etiam incorporales, ex quo
enim res aptitudine patrimoniales non saltem secundum corpus
ipsum in plurimum proprietatem abeunt, verum etiam secundum
alias atque alias rationes, quibus desuper modus statuitur, alia id-
circo proprietas corporis, alia juris in corpore, communis ena-
scitum, l. 1. de reb. corp. & incorp. l. 19. §. fin. ff. Comm. div. Oldend.
claff. 4. alt. 22. in prael. n. 1:

§. III. Differentia specifica consistit in consensu, quod se-
absque affectione contrahendi in communionem inciderint, ex
quo à societate differt, l. 31. l. 32. l. 65. §. 13. ff. pro soc. quæ expressam
vel tacit.

vel tacitam cōventionem animumque contrahendi depositit,
pr. 7. de obl. qua ex consens. 8. 5. l. de societate. 12. pr. 8. 1. ff. de O. & A. 4.
pr. C. eod. nec præter animum cœundam societas contrahitur, sed
cum demum, cum trahatur habito id actum est inter contractantes, ut sit societas. 127. l. 4. 2. 152. 3. ff. pro for.
§. IV. Reliqua verba cœlestiū designant, qui est obligatio
per quam à communione vel separatione aut divisione recessi-
tur, vel ea durante, praestatione in vicem debita exolvuntur, 1. 3.
l. 4. 1. 28. l. 30. ff. Comm. div. l. 4. C. eod. l. 12. C. si certi per nōmo si-
quidem invitus in communione detinendus, l. 5. C. comm. div.
l. 2. 6. §. 4. ff. de cond. indebilec. et per ceatum, immo si possibile foret,
mille annos in ea steterit, Dd. m. fin. C. de ann. except. Sim. Pistor.
cons. 5. q. 3. Cyn. & Bart. d. l. 5. C. comm. div. aut 2. inter. Condomi-
nos placitum, l. 14. 5. 2. ff. Comm. div. ibique Bart. n. 1. pactumque
hoc juramento vallatum fuerit, Alexi de Imol. vol. 2. cons. 18. Ce-
phal. cons. 4. q. 23. Kol. à Vall. cor. 184. n. 2. ea quippe ejusdem in-
terpretatio constituta, quominus L. L. dispositio convellatur,
& juramenta temeritatis notâ suggillentur, arg. 1. 5. C. de LL. que
actus naturam seu contractus, cui accommodata, non immu-
tant, verūm juxta eam regulanda, Barbos. l. 9. c. 92. ax. 37. quam e-
mergente novo cause statu ad dissolvendum pacis contractus si com-
mutaverint, ex accidenti hujus interpellatione detineri neque-
unt, arg. l. 17. 8. ff. de R. I. cap. accessoriū de reg. jur. in 6. quidam am-
bulatoria illorum voluntate hic quasi contractus innitatur, arg.
§. 4. 7. de Sor. l. 70. ff. eod. l. fin. C. de non num. pecun. l. fin. ff. qui satiad.
cog. & absurdissimum reputetur, juramentum pro utilitate inter-
positum, in actus pernitiem detorquere, l. 6. C. de LL. Reink. de
R. S. & E. I. cl. 3. c. 9. n. 71. 74. 75. nulla siquidem juris obligatio
dicenda, cuius observantia peccatum nutrit, turpitudinem conti-
net, nexumque contra legem, perpetuum prohibitionis causam
ferentem, involvit. l. 38. ff. l. 6. C. de pali. cap. 16. 8. fin. x. de for. com-
pet. c. 4. & 5. taus. 22. 9. 4. c. 18. 25. 26. x. de jure for. Vel 3. Testator
etiam, ut in communione perpetua manerent, hereditibus injun-
xerit, Schurff. cent. 2. cons. 37. n. 14. Henn. Goeden consil. n. 10.
Tusc. hi. C. concl. pr. 539. n. 4. & iii. D. concl. 582. n. 1. quod enim
per contractum fieri nequit, l. 14. 5. ff. Comm. div. multominus
per

per quasi Contractum, unde obligatio hæc descendit, l.5 s.2, ff. de
O. & A. licet quoad certum tempus possit, l.14. ff. pro Soc. Jul.
Clar. S. Teßam. q.67. n.2. Bald. cons. 72. in pr. & fin. l.2. Gail. 2. O.
139. n.17. & hæc de definitione Reali, sequitur nunc Divisio.

Th. V.

Ex generali rerum idea Communionem discernimus in Divisio.
Naturali seu Juris Gentium & Civilem. Illam ejusmodi con-
stitutum, quæ omnibus hominibus à Deo insita, ut naturali li-
bertate rebus, quæ natura nullius seu ad occupandum omnibus
exposita sunt, utantur, arg. l.2. ff. de R. D. 9. i. 1. eod. l.14 ff. de A. R. D.
Civili versat, circa res ad civitatem pertinentes, estque vel Pu-
blicavel Privata. Publica unō modo constituitur per Imperan-
tes, vel in rebus & iuribus ecclesiasticis, puta, episcopatus, patro-
natus jure &c. vel temporalibus, quæ sunt imperii & jurisdictio-
nis vel regalium, cœterorumque iurium, redditum atque bono-
rum omnium, quæ Imperantibus communium. Vel Parentes, in re-
bus ad universitatem & corpus pertinentibus, l.1. s.1. ff. quod cu-
jusc. un. nom. s.6. l. de R. D. l.4. C. de oper. publicisque Cujac. in 2.
l.15. l.17. ff. de P. S. Wissemb. exere. ad ff. disp. 41. l. b. 5. Perez. prelett.
Cod. de jur. Rep. n.4. Privata, hominum ut singularum, & ob-
tingit vel circares universales, arg. s.3. l. de obl. quæ quas ex contr.
l.2. 08. de P. S. Cuj. ad Afr. in 4. circ. fin. vcl singulare, s.27. s.28. s.31.
Infr. de rer. divisi. Althi. dicevol. l.1. b. 9. 4. n. 20. 21. Alia, quæ vel cum
tractatu habitu, qualis est Societas, vel sine eo, quam modo pra-
cedenti thesi descripsimus, instituitur, l.2. l.3. ff. Com. div. l.3.
l.32. ff. pro soc. Alia item ab intestato vel testato provenit, s.3. l. de
obl. quæ ex quas. contr. de quibus singulis infra pleniori disquisi-
tione dabitur occasio.

Th. VI.

Præmissa generaliori & philologica tractatione, in specia-
liorem & logicam descendimus, quæ tum in Consentaneorum,
tum Dissentancorum doctrina consistit. Illam occupant Causa-
rum evolutiones, quæ partim ipsius rei naturam ingrediuntur &
Intra in seca vocantur, partim circa eam verantur & Extrinseca di-
cuntur, quarum prima Efficiens hic & quidem Remota, tum jus
Naturale seu Gentium, tum jus Civile constituitur, sicubi mundi

B primor-

Causa Effi-
ciens Re-
mota.

10

primordio res omnes vacua, divinumque Numen protoplastis nostris benedicendo hunc in modum dixisset; Replete terram & subiecte eam vobis & dominamini pescibus mariis & volatilibus coeli, univerisque animantibus, qua moventur super terram, Gen. 1. v. 28. 29. 30. ac post diluvium in ejusdem & generis humani restoratione Noachum cum filiis pro indiviso *natura* Deo *constitutio* dominos constitueret, Gen. 9. v. 1. 2. 3. hanc inique originationem aliquam exinde, negative tamen, derivare licet, quatenus nempe communionem absolute, determinate ac directe nec praecepit nec prohibet, toties vero eandem fieri permittit, quoties possibilis, necessaria ac utilis hominibus ex connaturali potestate in civili consortio videtur, Rivet, *pral. in cap. 20.* Exod. p. 271. non autem, quod sub orbis infinita primogenitorum statu huic illius individuo discretum & proprium nihil fuerit, cunctorumque hominum una & individua possidio extiterit, a qua distractis in plures familias hominibus, uidente consociationis humanae utilitate, pro naturalium rerum ratione, Causarum Civilium varietate, circumstantiarum exigentia, ac demum pro Societatis humanae necessitudine, ac utilitatibus publicae privateque consideratione, ex jure cuiusque Gentis proprio Civili, seu domestico, vel occupando, vel dividendo diversimode partim fuerit dissestum, atque e naturali possessione dominia rerum ceperint, l. i. §. 1. ff. de A. R. P. l. 3. ff. de A. R. D. c. *jus naturale* dist. 1. Strauch, *de Imper. mar. th. 4.* & legg. Alexand. Irini, *diasc. de iur. regn. cap. 2.*

Propinqua.

§. I. Cernitur vero bonis communibus utendi facultas ad Caulam Propinquam & hujus loci ut deveniamus, in consensu extrinq; parte interveniente tacito vel ficto, §. 3. f. de obl. que quas ex contr. se exerente, quoties illi, qui v. c. ex testamento simultaneum succedendijus habent & heredes fore cupiunt, a lege in communionem ultra consensisse prae sumuntur, adeoq; invicem magis in se incidisse, quam ut consensu conjuncti videantur, quia ratione respacter hereditatem communis hunc quasi contractum inducit, vel eum potius canatur, quando forte fortuna pluribus fit communis, illorumque quisvis eam habere gestit, Sich. ad rubr. C. comm. duv. n. 4. Azo in C. d. t. n. 4. & 14. Percz. eod. n. 3.

Proxima.

§. II. Caulam efficientem Proximam, immediate in causa-
tum

sum influentem, Voluntatem ejus notamus, qui communionem suscipit, sive voluntarie sive involuntarie in eandem incidat, equidem coacta voluntas, voluntas prædicatur, l. 21. §. 1. ff. quod met. gaus. Tusc. concil. pr. 280. lii. V.

Th. VII.

Cum autem pr. th. Causas in Externas & Internas distraximus, altera Externarum exposita ad Internas progredimur, in quarum scrutinio primum Materialis se offert, ex qua nimur res est, vel circa quam aut in qua veratur. Cujus pensum antequam acceremus, obiter ostendendum entia moralia seu juridica nullam materiam propriam dicunt, è qua coalescunt, agnoscerè & si qua illis attribulatur, analogicam saltem aut non materiam esse, sed Objectum, sicut ex collectione non infelicitate colligunt Philosophi accuratiores. Dupliciter vero hæc Causa desinit in Subjectivam & Objectivam. Priorem personæ supplent, quarum hæc loci, quod communio permisorum generi subscribatur & a quolibet nisi prohibito sustineri possit, arg. l. 5. C. de O. & A. aliquò societatis feedere junctas saltem adducamus. Mitigataq; igitur accurate antiqui juris duritie per text. §. 1. I. b. per quas person. quâ sine ulla distinctione cuncta, solum Castrensi peculiò excepta, liberi parentibus acquirebant, d. §. 1. l. 79. ff. de acquir. vel om. her. nec pater filio obligari poterat, l. 38. ff. de condit. indeb. Menoch. de A. l. 1. 2. cas. 126. Peregrin. decis. 25. justior circa natorum bona proprietatis ratio observari cepit, ne quod laboribus suis vel fortunâ prosperâ liberis accesserit, ad alium perveniendo, luctuosum eis procedat, hinc patrem inter & filium bonorum communio sustineri potest, modò filius Castrensis bona habuerit, aliquidvè de suo communicasset vel operatus fuisset, secus si, quod in communione possum, à patre transcriperit, Tusc. concil. pr. 286. n. 52. lii. S. quare filius industrius cum paterna pecunia quando negotiatur, quæ divisio lucri inter patrem & filium instituenda, pro casuum varietate discernendum, aut enim cum paterna pecunia negotiatus ipsius patris nomine & tunc lucrum, ut verè profectum, patri cedit in totum, aut non appetet, cuius nomine negotiatum fuerit & lucrum pro rata partiendum inter patrem & filium. Vel filius principaliter suò nomine suòque pe-

riculo tractavit, omnia, & tunc sibi non patri acquirit, l. 10. ff. de R. f. Tusc. conch. 417. n. II. lit. C.

§ I. Legitimæ prætextu inter parentes & liberos communio non magis quam ceterorum honorum ratione intelligitur, quorum vivô etiam patre filius olim suitatis jure, hodiè vero è sanguinis potentia, § 3. I. de hered. quæ ab inest. def. si bique Pac. Gomes. 1. var. ref. 1. n. 5 dominus xal è xñl dñ vocatur, l. II. ff. de lib. & post. § 2. I. de hered. qual. & differ. Myns. 4. O. per tot. præmaturè siquidem quæstio viventi, de ejus bonis debetur quarta, moveatur, l. I. §. 21. ff. de collat. bon. l. 2. §. 3. ff. de his quæ uir indign. l. 6. C. de inoff. test. Stephan. Gratian. discept. for. 247. n. 59. Don. Gabr. Mastrill. dec. 165. n. 12. Filiaverò vel mulier, quæ secundum matrimonii leges focum & larem separatum fovet ac mariti domicilium fecuta, ratione legitimæ nondum exoluta, à Communione bonorum cum fratre non videtur recessisse, Ant. Fab. Cod. l. 7. r. d. 15. n. 17. modò portionem, è patris hereditate ut Coharedi non minus de corpore hereditatis, quam bonis mobilibus vel pecunia tantum sibi debitam pro legitima indivisa retinetur. § 2. §. 6. ff. pro soc. l. 6. aub. novissima C. de inoff. testam. Marb. conf. 29. n. 126. vol. I. Bursat. l. 3. conf. 291. n. 80. Ant. Gabr. concl. de legitima 3. l. 6. Peregrin. decis. 35. n. 11. non attentò idcirca paternò judicîo, alterum heredem ex ase renuntiando sibi pecuniaris legato pro legitimâ jure prospiciente, cùm tanquam in fraude legitimæ disponens, amplecti non compellatur, l. 32. l. 35. §. & generaliter C. de inoff. testam. Besold. conf. 197. n. 9. 38. 39. Hondoned. confess. 66. n. 19. Peregrin. de fidei comm. art. 39. n. 61.

§ II. Duo fratres, unius negotiationis lucra communicantes, illius tantum non alterius, consortes intelliguntur, Bursat. conf. 298. n. 3. præsumptionem hanc actuum uniformitate adjuvante, Manue. de lac. & amb. conv. l. 6. l. II. n. 30. cuius vigore fratrum alter ignorantibus ceteris fundum vel feudum aliquod, suo & fratrum nomine è communia pecunia, emens, in socios consensisse arbitratur, Finckelth. disp. feud. 6. tb. 34. cùm nullum dubium, quin emptis communis nomine rebus animus in eiusdem communonis probetur, Bart. m. I. Tutiū & Marrium §. altero §. 6. ff. de admin. & peric. tui. l. 2. n. 4. ff. Comm. div. Boer. decis. 21. n. 1. quem

13

n.1. quem ex post factō si comminiscatur, sibique ē peculiari p-
eumā empta afferere velit, necessitatis ratio, idipsum ostendere
poscit; Mafc. de prob. vol. I. concl. 21. n. 43. 44. Bero. quæst. 46. n. 4. 5.
tujus prestatio eo facilior, communi ære parata separatim si ha-
bere reperit, l. 52. §. 6 ff. profoc. Fab. Cod. l. 7. t. 1. d. 29. quæ cetero-
quin comparanti sūni propriā, l. 4. C. comm. ur. jud. bisque Brun-
nem. l. 6. C. de R. V. l. 12. C. de jur. dot. l. 6. l. 8. (si quis alteri vel sibi.
Carpz. Iprud. for. p. 3. c. 15. d. 45. Socioque ad pecunia pro rata re-
petitionem actionem præstant personalem, Fab. Cod. d. 1. Rom.
conf. 3. cui in feudalium quoque mercatu de bonis communibus
ab alterutro, domino conditionem ignorantē, factō locus datur,
per text. 2. f. 12. Finckelb. disp. feud. 5. tb. 20.

§. III. Inter Virum & Uxorem nihilum dividui, nihil quod
maritus aut scemina proprium cujusque dixisset, antiquissimā
Romulilege communistratur: *Mulier viro legitimè juncta fortu-
narum & sacrorum illi socia esto; ut domus ille dominus; ita hac do-
mina Halicarn. hist. l. 2. Colum. prefat. ad l. 12. dereruſt.* quæ qui-
dem licet non tam ad veram bonorum communicationem & lu-
crorum, quam ad usum domesticum summamque durante ma-
trimonio conjunctionem pertinere videatur, jure tamen civili
bonorū communio inter conjuges haut aliter, quam si nominati-
vum de ea cauitur fuerit, præsumenda, l. 51. ff. de don. int. vir. & ux.
l. 6. C. cod. Chassan. conf. Burg. rubr. 4. §. 2. n. 16. Fr. à Soufa in repe-
tit. §. actionum l. de act. part. 4. art. 5. n. 25. Ant. Fab. C. tit. de pro-
bat. def. 41. prout duos præter textus in l. 32. §. 24. ff. de dom. int. vir.
& uxor. & l. 16. §. 3. ff. de alia. leg. ejusmodi ferè alius nullus men-
tionem facit, Henkel. de jur. dotalit. in manif. & mulieres regula-
riter curæ, custodiaz, ac domus conservationi, etrumque familia-
rium præpositæ, non verò propriæ quæstui & artificio, Hect.
Capyc. Latro confus. 44. constanteque matrimonio acquisita
mariti industria parâsse censemur, nisi de suo quæsta, probento.
Tiraq. tom. 6. gl. donatione larg. n. 96. Mafc. de prob. concl. 214. n. 10.
vel pactis dotalibus aliud conventum. Carpz. Ipr. forens. p. 3. c. 25.
d. 13. §. intr. de jur. form. sing. decad. 1. pos. 3. aut. consuetudo pro-
vincialis vel locorum diversitas diversum sentiant, Imol. l. ex di-
verso ff. sol. matrim. qualis non solum in plerisque Germaniæ

regionibus, velutī, Ducatu Wirtembergico, Joach. Wibel, de contr. mulier. cap. 5. n. 127. Marchionatu Brandenburgensi, Scheplitz ad consuer. Brand. part. 3. tit. 2. & 3. à quo tamen divortium facit Bruniem. Comm. ad ff. L. Aquil. l. 27. n. 22. n. 23. Frisia. Joann. à Sand. decif. l. 2. tit. 5. dec. 1. Locis, in quibus Lubecenium statuta vigent; Mæv. ad ius Lubec. l. 1. tit. 5. art. 5. Sed extra Germaniam item recepta, ita de Regnis Galliæ, Caffellæ & Lusitania, Civitate item Tergestina teluntur Tiraq. de retrait. lign. §. 20. gl. un. n. 1. & 4. Molin, ad cons. Paris. §. 37. gl. verb. semari. 1. & seqq. Did. Covarruv. l. 3. var. resol. c. 19. n. 1. seqq. Tuschi. tr. de jur. stat. imp. Rom. part. 1. membr. 6. n. 8. quam propter divinae & humanae domus ac juris consortium l. 4. C. de crim. expil. her. l. 1. l. 13. ff. de R. N. l. 1. ff. rem. am. l. 52. ff. de re judi. honestam, & quam & piam laudat Cothm. vol. 3. resp. 19. n. 50. cuius induxit propter societatem non solum à dispositione juris tit. C. ne ex pro mar. verum etiam tituli ff. & C. ad SC. Vellejanum recedi potest, quo junctum uxori de ære alieno, quantumvis à se solā non contracto, teneatur, Sich. ad rubr. C. d. t. n. ux. Brunnei. ad l. 1. & anib. sed omnino C. d. t. Gail. 2. O. 90. n. 1. Col. de proc. exec. p. l. c. 3. n. 39. & decis. part. 1. dec. 31. Afin. prax. jud. §. 31. lim. 43.

§. IV. Inter eos, qui cohaerenti sunt vel institutionis titulo, ut Coheredes, l. 31. l. 34. ff. pro. soc. l. 44. pr. ff. fam. er. c. 6. vel per modum legati, ut Collegatarii, l. 2. pr. ff. Comm. div. aut Donationis, ut Condonatarii, §. 3. l. de obl. qua ex quas. contr. l. 31. ff. pro. soc. l. un. C. si liberal. imper. soc. communio intercedit, Schneidvv. additk. tit. l. de obl. qua ex quas §. 3. n. 1. Nicol. Vigel. meth. jur. part. 5. l. 44. cap. 12. n. 2. item, quando alia ex justâ quadam cauf. & titulo res plurium dominio cedit l. 33. ff. pro. soc. l. 1. C. comm. div. Perez. in C. d. t. n. 3. C. I. Aff. eod. th. 8. Pac. Isagog. in ff. comm. div. n. 2.

Objeciva.

Th. VIII.

Per illustratâ unâ cause internâ specie, altera superest, cuius ambitus tam latè patet, ut non saltem diversos selectissimorum juris

juris materialium campos circumpleteatur, verum & quicquid in
universa terrena iuris scilagraphia existat, eò referri aptum. Hanc vel
xara 6.6.4. discernimus in Positivum Objectum, i.e. res ejusmo-
di, quarum communio à singulis iniiri potest, & entitatis ratio-
ne, vel in Corporales vel Incorporales diducuntur, §. I. I. de rebus
corp. & incorp. l.1. ff. de R. D. l.8. ff. de L. Rhod. quarum Illarum
sum vel Mobiles, l.93. ff. de V.S. l.15. §. 2. ff. de rebus & quidem ini-
specie ac passim tales, l.77. ff. de leg. 3. l.1. ff. de supell. leg. vel se Mo-
ventes & per se animatae, l.1. §. 1. ff. de R. O. l.1. pr. ff. de adit. edit. 1.
l.30. C. de jur. dot. vel inanimatae, l.41. §. 11. ff. d. leg. l.12. 6. 22. ff.
de instr. leg. germanice, Fährnissi. Wchn. obs. pr. voc. Fahren
Haah laut Immobile dicuntur, l.31. l.115. & 198. ff. de V.S. que vel
Naturā tales, l.4. l.14. de R. P. l.7. ff. de usufr. l.1. ff. de condit. tritic.
aut hominis factō, l.44. ff. de R. V. vulgo was Erd und Nagel fest
ist. Col. p.2. dec. 286. n. 32. vel jurisdictionē cernuntur l.7. C. de
agric. & cens. l.14. pr. C. de SS. eccl. Argent. cons. II. n. 66. vol. 2.
Berl. p. 3. concl. 30. Incorporales, C.I.A. de R. D. ib. 46. que mo-
bilium, immobilium vè numero non de se, verū per analogiam
ex mente dicentis vel subiecta materia derivatam, aggregantur,
l.15. §. 2. ff. de rebus & quidem iniiri, cuius interpretatione quoque actiones sub al-
terutram specierum rediguntur, ejusvè naturam assumunt, Gail.
2. O. II. n. 10.

§. I. 2. ad dīgōw & quidem simpliciter Objectum contem-
plando Negativum prodit, illorum nempe, qui prorsus homi-
num commercio exempta, §. 7. I. de R. D. l.6. §. 2. ff. eod. l.21. C. de
SS. eccl. quorum divini iuris quādam & nullius in bonis dicun-
tūr, l.1. ff. de R. D. ac vel verē & principaliter tales, v.c. Res sacra
vel minus principaliter & propriè Ecclesiasticæ vocantur, ut fun-
di, possessiones aliaque ad ministerium Deo servientium dicatae.
Quorum sacrandi & benedicendi ritus alii antiquitati placue-
runt, quos refert Alex. ab Alex. 6. gen. dier. 14. Jac. Gutier. de iuri
sacr. Alios novitas per usum amplexa est, quō in Principū & Eu-
angelicorum statuum provinciis autoritate ejus, cui autocratia
ac istius

ac istius vigore, per constitutionem auctoritatem de anno 1555, Episcopale jus competit, eorumque, qui ab his liturgiæ præpositi, Ecclesiæ adiscantur, restaurantur, aliaque parantur & Deo dicantur, Laur. Ohm. de jur. Episc. concl. 20. Syring de pac. relig. concl. 13. Myng. de super territ. concl. 61, quorum solemnis in sacrum dedicatio humanis nexibus alligare vetat, piisque usibus nuncupata secularis fandi avidos Ribaldos & Harpyias sacrilegii criminis arguant, 63 c. 4. & 5. caus. 17. q. 4. Schurff. cons. 48. n. 6. Cran. de pac. religios. part. I. p. 54. Carpz. ad L. R. 63. s. 10. ut graphica vulgi patet, Pfaffen gut/rassen gut hat Adelers Feden/ eiserne Bähne/ frisst eines mit dem andern hinweg/ Klock. cons. 35. n. 104. 106.

¶ II. E restrictivâ consideratione & secundum quid ad prædictum Objectum delectimus i.e. res, aetū quidem communione non fungentes, ejus tamen naturæ, ut certis modis utendo vel occupando in eandem transcribi possint, § 1. § 2. & 6. I. de R. D. l. 4. 9. 1. ff. eod. l. 51 ff. de contrab. empf. l. 3 ff. ne quid in loc. publ. l. 3. § 1. ff. de ammin. rer. ad civ. pertin. quarum licet proprietas ob naturam vel innoxiam utilitatem in quibusdam difficultis aut supervacua, ius tamen cum acquirendi conditione cunctis animantibus patet, ut enim mare interiora terrarum alluens, Internum, in proprium jus difflixit, l. un. C. de classic. ubi Bart. Brunnem, ita vastus Oceanus, quoad occupatus non fuit aut occupatus licet fuit, communis tamen ius ratione, in communione maximam partem perficit, quod immensum & exterrnum mare quin à populo aut Principe accolente sine cuius vis injuriâ in potestate circumscribi, ejusque commoda publicis Imperii vel Regni bonis accenserit nequeant, aperte, quod prætentant, non moverit, nec ea, quam causantur, omnimoda sufficientia, Ziegli. in Not. ad Grot. de l. B. & P. l. 2. c. 2. § 3. Selden. de mar. claus. l. 1. c. 20. Quæ connaturalis homini in sublunaria potestas regulis privatæ acquisitioni positis alligari solet, quando non cuius in suo fundo molendinum alatum erigendi facultas, nisi redemptio à Principe aere vel alia concessione quavis potestate auctus sit, Klock. de avar. l. 2. c. 28. n. 3. Gryphiand. de insul. c. II. n. 27.

Th. IX.

Th. IX.

Quandoquidem verò Objectum pluribus disciplinis commune per modum considerandi restringitur, ac cuiusque proprium sit, cōdem modō, jurisprudentia solum quæstionum forensium usum intendit, è quo Imperatorium diadema præter subditorum etiam religionis curā decoratum, *Nov. Leon. 30. Imperatore l. 10. ff. de j. & j. maximam eorum se habere sollicitudinem, maximaque Dei inter homines dona: Sacerdotium & Imperium fateri commovit, Nov. 67. ut perinde ac Legum, Religionis custodia Majestatis juribus socianda veniat, Lampad. diff. a rep. p. 1. c. 1. l. b. 15.* Regiā enim manū omnia gubernabantur, inque Romana Rep. jus hoc sacratum Reges penes summos illos Gentis Primores, & Imperatores, communis ἐπισημονάρχες, solō sacrificandi exceptō ministeriō, fuisse, è *Livii histor. l. 1. & 15. constat;* & de Anio Rege *Virg. l. 3. aneid. testatur,*

Rex idem hominum Phœbique sacerdos.

Quam veteres Principi ita solennem decreverunt, ut plerique Sacerdotii & Regni munera conjunctim habuerint, *Suet. in Aug. 6. ii.* eoque intuitu Imperatores Romani, quo augustiorem & sanctiorem Regiam Imperatoriamē potestatem efficerent, Pontificis summi titulum sibi sumfere, usque ad Gratianum Imper. qui edicēt propositō Pontificem Maximum se appellare vertuit, *c. 1. diff. 21. Zosin. l. 4.* Quod sacram jus sequioribus demum seculis Archymistæ vel ambitionis astu inflati vel lenitate & superficiis Principum zelotypiā adducti involarunt, ut ex uno capite biceps factum fuerit, eoque deducetur, ut Choragus ille Romanus, non saltem Imperatores sibi succumbere voluerit, sed in alios quosvis Reges & Principes phætontā plane audacia dominatum ambierit, Quo usu tyranno Regni jura dilaniando Baculum Mōsis cum Aarons virga sibi averruncarunt Archimistes, ut ensis in spiritualē & secularem disceptio irrepererit, illiusvè caput Pontifex, hujus Imperator datum fuerit, *c. 10. diff. 96.* quæ potestatis scissio jure Civili veteri, quo præter notio-nem vel audiētiā Episcopis jurisdictio tributa non reperitur, *l. 8. C. de Episc. and. Joach. Stephan. de juris d. l. 4. c. 2. incognita, in moderno Imperio consuetudine partim, Imperii partim consti-*

C tutioni.

tionibus altas egit radices, Obrecht, de jurisd. l. i. c. ii. ut de seculi more baculum Aaronis & Nimrodi gladium unum regimanu & altera parte Clericos, Principes & Duces altera salutari videamus, Bernh. Zieritz, de princ. int. iij. por. De qua sacrati & Civilis munera mixturae contradictionis ferre reciprocatur, *num Spiritualis hujus & secularis potestatis communio in uno eodem vnde subiecto conglutinari possit?* Quam ad sacram juris textum si perstringamus, profanitatis labo quadam tenus affricari videtur, *Math. 20. v. 25. Marc. 10. v. 42. Luc. 12. v. 14. Job. 18. v. 26. 2. Tim. 2. v. 4.* divina quippe Majestas sibi militantes humanis negotiis implicare vetat, & opprobrious Clericis judicatur, secularibus se immiscere negotiis, *l. 17. l. 41. C. de Epist. & Cler. Gerhard. loc. theol. tom. 6. loc. 2. 6. de minist. eccl. pag. 177. n. 302. 303.* hinc feudista: Desit esse miles seculi, qui factus est Christi, *2. f. 21.* cum non bene convenient nec sede morentur in una, Psalterium & Cythara, crucifixus & summa potestas, Imperator & Pastor, Dominus & servus, *Lud. Imp. in Edict. publ. contr. Joann. 22. apud Aventin. l. 2. ann. Bojor.* quibus utriusque generis potestatum nexus in Evangelicis Principibus præmonstratus, minimè facem præfert, quorum in personis nulla papocæsaria vel confusio committitur, verum, acerbito potestatis Ecclesiastica interna & externa discrimine, nihil officit, quin duplum Secularis Principis & Episcopi personam sustineant, illam enim, non hanc, Salvatoris mandatum coercet, *Pauerm. de jurisd. l. 2. c. 9. n. 8.*

Th. X.

Verum enim vero cum lex ita scripta ac Imperii Romani praxis in fidei articulum quasi transiverit, ejusve oppugnantia Arnoldo Brixensi in mille Antistitum præsentia, tanquam heretico, combustionis pœnam acceleraverit, Lehnus, *Chron. Spir. l. 5. c. 51.* dignissimum discussione erit, jurisdictio ipsa cuius affectionis censenda, *Dividuorumne vel individuorum numero, an adscribenda?* *Quomodo apud singulos existimanda?* *Quaeratione condomini in exercito concurrant?* Et principio quidem ad dividuorum censum à quibusdam quare referatur, similitudo quam tribuunt, cum usufructu intercedere suaderet, hunc equidem dividuum tradunt, *ex l. 5. ff. de usfr. l. 1. §. 9. ff. ad L. Falc. l. 19. ff. de usfr. & hab.*

& hab. eadem affectione jurisdictionis etiam dominii naturam tangere causantur, cuius instar fructus fundat, veluti, multas pecuniarias, alia item commoda inter condominos dividit solita, Schrad. de feud. 2. p. 9. l. 3. n. 12. Mod. Pistor. 9. 86. n. 23. ita quidem ut ipsius jurisdictionis usus alternis quandoque annis dividi in valuerit, more in vernacula Wunscherung vel Wunscharung notato, Besold. hef. pro lit. A. 1. Springsfeld. de apan. c. 2. n. 10. Matth. Stephan. de jurisd. l. 1. c. 36. n. 8. nec insolens, species ejusdem divisionis reperire, ut in uno eodemque loco quibusdam Crimina insigniora tantum, die Hauptrügen / hoge Wendel / oder die Falle / so an Hals und Bauch gehen / darumb man einen vom Leben zum tod mag richten / vel alia etiam Crimina, als flessende Wunden / geringe Diebstahl ic. reliqua vero coercitioni communis sint relecta, ad consuetudinem judiciorum centumvirialium diversos dominos concercentium, in quibus Crimina majora, quandoque a iudicario centena & voigtheicē communiter puniuntur, leviorum verò, Malefiz und Einfallen / animadversio vel divisi vel pro indiviso illos spectat, Wehn. pr. Obs. vob. Bent/strass Gylm. tom. I. Sympb. part. I. iii. 3. v. 2. n. 15. Rosenth. de feud. c. 6. concl. 85. n. 10. Unde plures sepius in villa aliqua moderantur, die Vogten und Dorffherz/chaft / vel universum auff der Gemeind zu Dorff und Feld / in singulis incolarum praediis, vel separatim nur zu Dorff / aut quilibet sejunctim auff seinem Lehen oder Gasse / prout sine obstatulo jura in uno territorio superioritati conexa in altero divisa cernuntur, Crav. cons. 673. n. 15. Pruckman. de regal. ad rubr. quæ sint regal. cap. 5. n. 8. & nihil prohibet, certa quadam regalia penes quempiam residere, cui tamen universalis territorij iurisdiction non competit, ex innumeris exemplis, qua dari ait Klock. tom. I. cons. 29. n. 352. Quamobrem ex præscriptione vel speciali jure in proprio vel allorum territorio & districtu nus habet superioritatem territoriale, die Lands, Fürstliche hoge Obrigkeit / alius jus conducendi per vias publicas, die gleitliche Obrigkeit auff freyer Kaiserl. Heer- und Landstrass zu begleiten / alter jurisdictionem basiam & inferiorem vel voigtheicam, die Vogten Erb und Niedergericht / alius jurisdictionem forestalem, das Forstrecht Wildbahns Gerechtigkeit / Wildfisch / Meichsin.

tom. 2. l. 2. d. 4. n. 20. & 27. & l. 3. d. 33. n. 33. & seqq. Knich. de jur.
 Super. c. 4. n. 313. n. 471. & seqq. Zieg. comm. concl. §. Landsäß. / n. 74.
 & seqq. quæ summarie consequuntur: die Lands hōhe / Gleis/
 Vorßliche / Jagd / Cenih / Ambis / Gerichts auch Lehn. Pflicht
 und Obrigkeit/quorum omnium accessoria prolixius pandit Leip-
 pold. de conc. j. d. t. q. 11. & 12. Quæ mixtura magnarum atque fre-
 quentissimarum contentum quandoque fomes ; dum quilibet
 sibi vigilandum ducit, nec raro adhuc obscurum, quid quan-
 tumcumque cuivis juris sit attribuendum, nec rerum distractione
 saltem evacuetur ; verum personarum simul factam discretionem
 inducat, quod in uno individuo respectivè concurrent, die Huldt-
 gungs/Lehnens/Ambis oder Dienstpflicht. Reink. de R. S. I. i. cl. 5.
 c. 4. n. 26. singulis in singulis naturam suam retinentibus, Everb.
 loc. leg. De tanquam sive respect. Surd. decis 183. n. 42. Gylm. tom. 4.
 p. 1. vol. 30. n. 186. cùm nihil moretur, hominem quorundam re-
 spectu immediate imperio esse subiectum vel omnino liberum,
 aliorum vero intuitu Landassuum vel subditum, R. I. de anno
 1548. §. wie wohl auch 66. §. nachdem auch 69. §. auch der Graffen
 von Tübingen/71 & non pugnant, quempiam libertate gaudere
 respectu unius, & servitute premi, quoad alium, Myns. 2. resp. 16.
 n. 45. vel aliquem unius esse subditum & dominum alterius;
 Arum. vol. 2. disc. jur. publ. 26. v. 4. quemadmodum in vulgus eno-
 tuit, Imperatorem ipsum non duntaxat solenne ducere Cameræ
 judicium experiri, ibique lite pulsari, non ut talis, sed alius Imper-
 trii Princeps, Buxtorff. ad A.B.c. f. concl. 64. circ. fin. ibi: Wir Karl
 Röttischer Kaiser entbieten dir Karl. Erzherzogen zu Oesterreich/
 verum etiam Principes vicinos & Status superioris in quibus-
 dam imperii Civitatibus ratione homagii, meri mixtique impe-
 trii, salvi conductus vel vestigialium & similium in tortum vel in
 tantum jus aliquod ex præscriptione vel conventione acquisi-
 se, extra quæ nihilo secus Civitates illæ liberæ Statuum præroga-
 tiva cum integrerrimo reliquorum regalium jure utuntur, Knip-
 pich. de I. & P. C. I. l. 1. c. 3. n. 43. 44. Gall. 2. O. 57. n. 7. Rul. de Com-
 miss. p. 2. l. 5. c. 4. n. 4. Jurisdictionis enim materia non minus ho-
 diernis moribus, quam jure Romano veteri, in pelago versatur,
 totque ejus species reperiuntur, ut non sine summa difficultate
 distingui

distingui singula queant, omnibus namque in Tribunalibus, o-
mnibusque Principum aulis personant: die hōhe Vogtelyche/ Ne-
dergerichtliche/ Landgerichtliche/ Zeit/ Braß/ Forst/ und gleitliche
Obrigkeit/ Echhafttunne/ die vier hōhe Wende/ Knich. *de jur. terr.*
c.4. n.21. 346. Carpz. resp. l.1.1.5.1.49. n.3. ut non sine sale ridicu-
losa apud Keller. l.2. *de off. jurid. pol. cap. 12.* legatur protestatio:
dāß Et seinem gnädigen Herren alle Obrigkeit und Jurisdiction
anff und unter der Erden/ auch so viel noch fünftig erdach werden
möchte. jetzt als dann/ und dann als segr per expreßum vorbehalten
haben wolle.

§.I. Verum enim verò ut appareat, quantà disceptantium li-
bertate adducta constanter firmata, ordine nunc ostendendum,
longè minus præstare, quam quod intendunt & specioso appa-
ratu minantur, caliginem autem ne offendant, ad Philosophiæ
fontes obtutu nostrislectendi, decisionis rationem inde, quod
omne incorporeum individuum, prōmentes, ad quam rationem
jurisdictio connata, in jure & facto, rebus individuis, consistens,
ut totum quantitatuum considerari nequit, verū cuilibet in
solidum decernenda, nec pro partibus intellectuālibus dividua
vocanda erit, tanquam nullam dividuitatem constituentibus, vel
quod juris intellectu ejusmodi reputentur, per text. l.5. ff. *de stip.*
serv. l.5. §. fin ff. Commod. ubi res individua secundum quotitativas
intellectus partes pluribus competens, nihilominus individua
fertur, quæ individuitas ita comparata, ut *Concreta non nisi inte-
gra & conjuncta prosint, partiumve intellectu vel corpore di-
lcretarum usum nullum præstent*, Calvin. *lex. voc. Divid. & In-
divid.* cumque individuum & pro parte uti non posse, ex ipsius
reparatione, non hominum utentium intuitu, ponderandum di-
citet, siquidem quoad effectum licet usus aliquis jurisdictionis
pro parte utentium intuitu existat, nihilo tamen minus individu-
nius intelligitur per se & una jurisdictio manet, cùm pro parte
explicari nec semi jurisdictio dari possit, tota enim est in toto
territorio & in qualibet ejus parte ac in angulo tota in singulum
exercetur, Giurb. *cons. 89. n. 5.* Martin Hartmann. *tit. I. O. 15.* Hinc
prætensta ususfructus similitudo levi negotio diluitur, quam ju-
risdictio cum usu citius quam ususfructu recipit, qui *usualiter*

non habitualiter dividuus per id, quod ejus exercitium in frumentis percipiendis potiorem partem perficit, quibus tanquam facile dividendis pro parte frui licet, à quo diversa sanc*t*e jurisdictionis indoles, cuius verus usus in jure dicundo occupatur, quem circa jurisdictionem communem ab alterutro condonatorum seorsim ambi*re* sociale jus oppugnat, nec cum effectu pro sua parte sejunctim v. c. sententio*n*are aliosque jurisdictionis actus celebrare largitur. Alia item longe domini ratio quam jurisdictionis deprehenditur, quæ nunquam in rebus corporalibus & dividuis per se, sed quoad utsim simul in jure saltem & rebus incorporalibus ac factō consistit, qualia, *Notiones*, *definitiones* *cansarum*, *autoritatis præstatio*n*es* &c. sunt. Dominium vero*s*ui ratione indivisibile quanvis existat, subjectivē tamen, quatenus corporalium rerum, pro parte & quidem *homogenea* i.e. partis dominio, non parte dominii considerari potest, Hot*tom.* *qua*n*af. ill. 18.* cum ex parte intelligi non possit, nec divisionem, licet communionem recipiat, l. 3. ff. *pro derel.* l. 5. §. fin. ff. *commod.* Eodem modō argumentationis ab effectu desumptæ repugula referenda, euidem ab usus divisione respectu commoditatis utentium ad jurisdictionem ipsam infirma nec situr sequela, arg. l. 15. ff. *de aqu. quot. & a*pt.* l. 1. §. 9. ff. ad L. Falsid.* quæ utentium quidem intuitu divisionem ex accidenti probare videtur, per se tamen & ratione exercitii individuorum naturam non dissolvit, verum tanquam accidens non qualificatum enti superveniens immutatam & cuivis condonatorum insolidum relinquit, l. 5. §. 5. ff. *de A.R. D. Sixtin. de reg. l. 1. c. 3. n. 27. Giurb. conf. 32. n. 8.*

§. II. Formalis ver*d* jurisdictionis ratio in exercitio consistit, *Obrechti de jurisdict.* l. 2. c. 23. n. 2. quod licet cuivis in solidum competit, ne quicquam tamen à singulis condonatorum seorsim, verum conjunctim ex individuorum natura gerendum, quorum individuare inducta possessio & usus l. 8. ff. *de R.V. l. 5. §. fin. ff. comm. l. 5. ff. de stipul. serv.* qui pluribus communis pro diviso vel individuo constitutus erit, ad quorum posteriorem, priore ipsa individualitatis ratione everso, nō potest, quin non conjunctim exerceatur jurisdictio, si enim eō modō expediatur, ut singuli separati vel seorsim jus dicant, & unusquisque per se ac in soli-

in solidum cognoscere, causasque definire possit, non Communi sed Concurrens nuncupanda foret, in quâ præventioni locus tribuitur, ob cujus naturam reliquorum cognitio suspenditur, nec ullius conjudicium ulteriori disquisitioni subjectum negotium, verum distortam propter integratatem captum ubi est, ibi finendum, l.un. §. 1. ff. de Off. Consil. 30 ff. de jud. ibique Brunnen, Leipold. de concurr. iuris, in pr. Quorum sanè singulorum ratio absque insigui condominorum præjudicio & juris defraudatione contingere, ac cum iurisdictione communis conciliari nequit, quæ pluribus simul & complexivè nō separativè competere definiuntur, in quâ alter minimè procedere, verum junctim omniū cursus deposititum; Matt Steph. de iurisd. l. 1. c. 26. n. 24 Ut cunq; facilis conjectu interpolationi phraselogia: *in solidum penes quem esse vel in solidum ab aliquo exerceri*, deprehendatur, quasi Conscriptores juris sui exercitio secludendi, aut oppidò concurrentibus usus minus integer relinquatur, aliquidvè de suo decedat, quæ propria locutioni proficiunt, verum *duygo do*, la quādam attemperata, in modum de rebus individuis vel pro indiviso possessoris exposita, illis non minus alter, quam secum exercens uitur in toquin, atque ius perinde in re tota habet, ac si solus possideat, licet revera plures possent in solidum non sit & iurisdictionem in solidum exercere in rebus communibus nihil aliud efferendum, quam conjunctim & pro indiviso exercere, siquidem ab uno quoque separatis quando expeditur, fieri non potest, quin uno exclusivè utente, ceteri minus utantur, & sui juris detrimentum ferant, cum iis ratione juris, quod in solidum habent, cognitio nisi tantum in causâ, quantum alteri desuper cognoscendi, competit, arg. l. 5. §. fin. ff. commod. l. 28. ff. de S. R. P. Natta cons. 294. n. 7. 8.

§. III. Jurisdictione igitur plures in solidum contingens et formâ ut conjunctim exerceatur, sensu largè commune meum quoque nuncupari efficit, l. 5 ff. de leg. 1. Argent. cons. 77. n. 1. & rei communis possessori partem largitur, in qualibet gleba vel cespite terræ, quæ intellectu percipitur, licet oculo corporali discerni nequeat, l. 66. §. 1. ff. de leg. 2. Att. cons. 471. n. 13 nemo etenim rerum pro indiviso communis, intoto vel in parte plus se

allegare

allegare dominum & possessorem potest, quam compoſſor, alius l.iit ff.de ſerv.c.pen.12.q.1 Sim.Piſtor.conf.5.n.16.Unde pro more Magnatibus frequenſiſimo in villis vel oppidis, ſo zwenz/ drey/oder mehr Herrſch und Gan/Erbschaffen ſind jurifdiſtio ab omnibus coſdominis denen Gan/ Erben oder gemeinſchaftis Herrn conjancti manu exerceſi ſolet, also / daß Sie entweder die Gericht zugleich beſteilen oder zugleich ſelbst beſiehen Speidel Spec. Vacr. Obs. voc. Gan/ Erben. Et ſuper ejus exercitio diſcordantes ſuperioris imperio ad concordiam redigantur , Gail.de pign.v.20.n.7.

S. IV. Non tamen praelaudati juris textus corumque conditores, in ordine longitudinis omnibus aequali loquuntur, quaſi pars parti oppoſita contrario robori non ſuccumbat, veram in ueritate rei Romana facie, quā perſonæ affixa erat jurifdiſtio, cum in dubio territorio potius quām perſonæ cohæreat, Menochi.3.de prafumpr.197.n.48 vel quoad jus dicentem, ſit in prædicamento agere, quoad subditos, in prædicamento pati, quoad territoria in prædicamento ubi ſive ſitus Corhm.vol.3 resp.27.n.112.territorio vobis passive & materialiter inſit, vel ut rei inanimate, l.3.S.4 ff.de off. pref. urb.l.239. §.8 ff.d.V.8 Mant de tao. & amb. conv.l.4.t.141 n.11. & diſtriſtui cohæreat tanquam nebula ſuper paludem, Nati conf.149.n.19 aut acidum & mucidum vino, Myng.de ſuper. concl.5.Thom. Mich.de jurisd.concl.144.li.6.conſectatur, quod maſorem territorii vel diſtrictus partem tenens majorēm quoque ferriōnem vel potestate habeti ejusve ſuſfragium illius preponderet, qui minorem vel mihiānam cuiusvis glebulę vel cespites micam poſſideat, Tüſch.concl.pr.14.n.27.28 li.M.Rauch.l.1.9.42.n.4 Klock.i.conf.16.n.21. & tom.3.conf.148.n.33.34. maximē quod iniquitatis jura arguant, voluntatē unius ex modica portiūne domini ſocio praejudicium cauſare l.10.prff.d.agv pluv. are. Carpz. dec. III. 1;7. & haec tenus jurisdictionis majoritas præminentiam ac præferentiam conferat in ipso jurisdictionis actu, Men.conf.51.55. & conf.257.n.60. Abbas conf.21.l.1. Leipold, de concur. Iurisd. q.1.

S. V. Operofſor autem diſquiftio circa exercitium ſupinā partium incuria vel pravō diſſenſionis ſtudiō fraſtum ſeu im-
pedi-

29

peditum prodit, *ancitra socialis juris periculum contingat, vel
aliterum moretur, quominus juris sibi communis jaſturam com-
petentiū ūſu propellat?* Communiter enim huc pedibus eunt Inter-
pretes, 1. in quoconque actu perpetuo requiri illius vocatio-
nem & præsentiam, cui interest, quique vocatus ac præſens actu
contradicere potest, Brun. *à ſol. in comp. reſol. jur. fol. 5. col. 2.* non
attentō compositionis modō æquali vel inæquali, tanquam ad
hoc ineffaci, cùm magis & minus rei substantiam non immu-
tet, vel differentiam specificam inducat, l. 11. ff. *quemadmoſerv. am.*
l. 29. ff. d. inſtr. & inſtrum. Goedd. ad. l. 1. de V. S. V erūm unius con-
tradiſio obſit, *Burſ. conf. 159. n. 8. & ſeqq.* quæ tantum operetur,
ut de voto majoris partis non sit curandum, *Marb. vol. 4. conf. 16.*
n. 175. Fr. Purpur. *conf. 438. n. 84.* Klock. *tom. 1. conf. 25. n. 329. 331.*
2. In re ut singulis communi major pars minori non præjudicat,
etiamſi, mille altera personis ſtipula foret, l. 11. ff. *de S. R. P. l. 8 ff.*
de paſt. Berl. p. 1. dec. 52. Siquidem, quod omnes tangit, ab omnibus
eft approbadum, c. 29. d. R. I. in 6. 3. In re communimelior
est conditio prohibentis, l. 28. ff. *Comm. div. & text. parale.*

§. VII. Verūm enim verò, quodlibetica hæ Dd. definitio-
nes ut veris principiis nitantur, secundum ipsorum allegata exau-
diendæ crunt, *Wilhelm. Anton. de refor. mor. concil. 26. n. 15.* ad
quæ proniori vi reducendi opera pretrum foret nōſſe. Condo-
minos juris reddendi potestatem aut habitum seu utendi facul-
tatem in mutuō ſibi non impertire, verūm eujuscunque potesta-
tem aetiam independenter à re ipſa cauſari, mediante quā in fe-
translata exerceat & ſociali jure utatur. Sodalis igitur desidiosus
ſuā proterviā quin alterum ex independenti illa mutuō ſociatā
vi activā minimum afficiat, ſed in ſuā ſe partis diſcrimen præcipi-
tet, diligenti conſocio ſui juris uſum in universum ſimul exitium
intervertere nequit, arg. l. 74. ff. *de R. l. 1. 6. §. fin. ff. quemadmoſerv.*
am. l. 6. §. 1. ff. de reb. aut. jud. poſſ. Klock. de contrib. cap. 6. n. 148.
Berl. p. 1. dec. 52. n. 2. Proinde pr. theſeos brocardica ad juris fon-
tes, unde profluxere, reſiectenda, Cuj. *ad. l. 1. ff. de R. l. Peregr. l. 3*
conf. 42. n. 3. quando ē primi quidem conceptu partium præſen-
tia ſocietatis jure depoſicitur, aſt licentioſa prorsus collectione,
quod depravatō partis minoris vel ſocii abſque ratione diſcre-

D

pantis,

pantis suatu aut in totum jus aspernantis desidias, parti majori vel uni etiam consortum alterive sui juris uitioi deservientia praecidantur, nihil etenim detinet, invitò altero negotiū, ejus affluvel consiliō ceteroquin incipiendum, procurari, quando sola dissentienti libidine in sequiore partem rapi se patiatur; Heig. l.2.q.19.n.38. & l.2.q.11.n.50. cum in actibus necessariis, ad commune bonum ordinatis paria ducantur, consentire simpliciter vel sine idonea causa dissentire, Klock. de contrib. c.6.n.61. Joann. Bapt. Cost. tr. de fact. scient. & ignor. reg 8.n.3.4. nec ejusmodi solitarij juris usu supinus alter in orbem redeunte exercitiō à condomino excludatur, quod absque spoliandi animo communī negotiō prae fuisse credatur, Tusch. concl. pr. 149. n.3. lit. P. Reink. de R. E. l.3. cl.1.c.9.n.15. & prescriptio, que stricti juris nec ullius efficacij ultra quam à sua causa, possessione, ei infunditur, gl. c. odia de R. I. in 6. Br. l.1. § si quis ff. destin. & act. priv. haut suscipetur, quod suapte potentia actum sustinere valuerit, quo casu plures in solidum contingens alterum jure suo non excutit, Tusch. concl. 595. n.1. lit. P. Secus jure suo si actum cessisse contendat, Tusch. concl. 36. n.1. lit. Q. Fcd. de Sen. cons. 147. & negligentem vel postea se intrromittere volentem ab ulteriori concurrentia, subsecutā legitimi dierum decursus patientia, cohibeat, Vall. cons. 80. n.24. vol. 2. ubi non potest, quin sua partis damnum incidat, Tusch. dict. concl. 36. per tot unico ferē actū, quod incorporalium quasi possessio acquiritur, Menoch. de A.I. Q. cas. 160. Welemb. cons. 28. n.20. factū possibile.

§.VIII. Unde non obscurum, quid justi praesidiū in secundo oppositorum querendū, cuius determinatio non egreditur casum, quo major pars circa rem communem aut abutendo vel non ad usum destinatum disponendo delinquit, Tusch. concl. 14. n. 29. lit. M. & minor jus quæsumum habet, ubi major invitā parte minore & contradicente jus illud tollere nequit, Klock. 1. cons. 35. n. 307. usque 333. Tusch. concl. 15. n. 18. lit. M. Berl. doc. 225. n. 6. Quibus diēs ex tertia ratione difficultas, qua super esse videtur, prater fusius tradita à Tusch. concl. 893. lit. P. Tessaur. de cts. 41. & Brunnem. ad. d. l. 28. facile resecatur, flexilis enim ista hactam in affirmatiū quā negativum præceptum regula, tot convel-

convellitur exceptionibus, ut in integrum ferè officium perdat, re enim communis invitò sociò, ad cum usum, in quem est comparata, uti possim, sicut prohibentis intersit, Richter, *ad l. 1. c. qui testam fac. poss. v. c. domum pluribus pro indiviso communem unus ceteris absentibus inhabitare potest totam, nec consortibus ad pensionem tenetur pro rata, ex quo utitur domo ad usum destinatum, Brun. à sol. doc. comm. voc. Res n. 8. Gail. de pign. O. 20. n. 10.* Simili ratione condominus castrum vel domum communem si occulat, quò minus alter ingredi possit, huic absque violentia virtus vel turbat possessionis pœnā propriā autoritate aperire & impedimenta removere licetum, arg. l. 12. ff. *comm. div. l. 22. §. 2. ff. quod vi ansclav. ibique gl. Castr. conf. 395. cal. 2. in pr. lib. 2. propterea, quod naturam contractus sapiat, Mozz. de natur. soc. n. 33.*

§. IX. Singula proinde in pluribus communis, ut singulis, injustam aliquorum contradictionem haut tollere effectum justæ voluntatis aliorum pervincunt, arg. l. 22. §. 6. ff. *sol. matr. Steph. Gratian. disc. for. l. 2. c. 222. n. 1. maximē rei communis utilitati si etius deferviat, vel saltem non tendat in damnum Castr. ad. l. 26. ff. de S. V. P. Fr. Bec. conf. 163. n. 18. ex quo condomini tres de fabrica aliqua in re ex aquis partibus communis struenda consentientes à quarto solùm reluētante impediri nequeunt, verūm absque novi operis nuntiationis metu summag manum imponeantur, autoritate regulæ pluralitati stare jubentis, quā major pars integrī rationem indipiscit & locus numero vincentibus suffragiis relinquitur, arg. l. 7. 5. fin. l. 8. ff. *de part. l. 26 ff. de S. V. P. l. 19. ff. ad Munic. t. 1. x. de his qua sunt, à maj. part. Tusch. concl. 16. lit. A. Cothm. vol. 3. resp. 36. n. 37.* Ut cunque parti majori in minorem nulla coactio afferenda in societate & quilibet e-jusdem sit conditionis, minor tamen pars in latitudine opposita ponderi majoris graviori cedere cogitur, Lampad. *de R. R. G. p. 3. c. 3. th. 17. ibique Conring. in anno. ad ductum rationis, quod dignum magis ad se trahat dignum minus, Rom. conf. 4. 43. n. 9. F. Achin. II. contr. 63. v. 4. cuius alterius rei pro indiviso possessor gradius, in qualibet gleba saltem pro rata & sua parte dictus, notatur Tusch. concl. 534. n. 6. lit. C. Gail. de pign. O. 20. n. 2. ad quam pro-**

portionem fructus quoque jurisdictionales aliaque ejusdem occasione cedentia commoda & incommoda participare constat,
arg.l.157. §.fin. ff. de R.I. Boer. decisi. §.n.6.

Th. XI.

*jurisdictionis
Ecclesiastica*

Perspectâ jurisdictionis naturâ in specierum cognitionem deflectamus, quarum alia Ecclesiastica alia Secularis constituitur. Ecclesiastica circa gubernationem personarum & rerum in ecclesia occupatur, factâ partium principalium in Episcopale Jus & Patronale discretione. Illud, cum inter nascentis Ecclesiaz incubanula novi foederis haut amplis jurium finibus aut eximia aliqua jurisdictione gloriari non potuerit, verum multis seculis post Principum partim concessionibus, Gentium Populorumq; Christo nomen dantium tolerantia atque consuetudine emeregere ceperit, ex primordiali isthac contemplatione vix jure, verum de facto ad Pontificem pervenisse constat, Strauch. *Diss. I.P. ex. 5. th. 1. usq. 7.* Quæ temporum iniquitate & injuria facta dgressio per sanctionem transactionis Passavientis pragmaticam ad primævam naturam rediit, & apud A. C. Status anterioribus inclusa Cancellis ad solam Clavium potestatem restrita fuit, adeo, ut sacra tutandi mysteria nobilissima rite rugia pars ducatur & in curanda divinorum mandatorum executione elucescat Christiani Principis solertia atq; prudentia, c. 23. cap. 23. q. 5. quam Deus ipse, sacerdotii munia suis finibus circum sepiendo, huic prælucere voluit, per exempla Davidis. *Paralipp. 23. Salomonis. 1. Reg. 2. Josaphati 2. Paralipp. 19.* & aliorum. Gerhard. loc. i. theol. tom. 6. loc. 27. de Magistrat. pol. pag. 300. n. 171.

§. I. Dista vero in Ecclesiasticis superioritas è Canonum decretis uata eum locum universitatem quandam jurium comprehendit, Mar. Socin. in cap. significantibus. n. 78. in fin. de libello oblat. quam cum Carpzovio lpr. Consil. I. tit. 1. d. 4. n. 2. ad tergâ vor referimus, vel enim Ordinem concernunt, aut L. Diæcessanam, vel ad jurisdictionem legem aut statum & dignitatem ipsam reducuntur, quorum administratio inter Status non tantum Imperii immediatos pro diverso corundem placito communis esse potest, sed cum his etiam ipsorum Provinciales vel alii Magistratus mediatis & Municipales in commune circa ea imperii consortium

tium cooptarivalent, faleem in alienam messem non mittentes;
 ex speciali privilegio vel alia concessione quavis politiae Ecclesiastice moderamen usurpando, non enim exinde, quod illa constitutio Principum & Statuum Imperii praecepit mentionem faciat, vel quod Episcopalis jurisdictione perpetua superioritatis principalis seculare reputetur, horum jurium cura quasi in capaces exciderunt, quorum ratio posterior fontem aperuit tralatitii inter Camerale & Dd. Catholicos axiomatis: *Quod cuius sit regio, eiusdem etiam religio seu de religione dispositio.* Carpz. ad L. R. c. 3. f. 10. n. 33. è quo dubiis communis parochie usit decisio fluit, quando ecclesia matrix sive Cathedralis, die Mutter oder Hauptkirch/da der Pfarrherr wohnt/ad Statum Catholicum, Filialis vero da sein Pfarrherr wohnt/oder welche eingepfarrt ist/ad Statum A.C. addictum, superioritatem territorialem ibidem habentem pertineat, vel viceversa, & utraque diversam religionem amplectatur, quoniam hoc casu sit respicienda, Cathedralisne ecclesia sive matrix, an Filialis? Ubi jus & jurisdictionem territorialem habens preferenda ac reformatio juxta eam instituenda censetur, Instr. Pac. art. 5. §. *Quantum Besold.* conf. 298. n. 53. summum equidem Imperium, qui exercet, habere etiam reputatur, die geistliche Obrigkeit tanquam territorii partem, Besold. d. l. n. 25. Col. de proc. exec. p. 2. c. 1. n. 109. qua superioritas in aliud transferri non potest, cum sanctiorum sanctum nec in marlupio Principis esse dicatur, M. A. Peregr. de jur. sicc. lib. 1. tit. 2. n. 71. Valle. conf. 1. n. 115. vol. 2. & Illustrissimo Mauricio, Hassiae Landgravio, dicente, ist die Freiheit in Religionssachen der Ständen höchstes Regale, Myler. *diff. de princ. & Stat. Imp.* c. 83., è quo territorialibus Protestantium dominis fundata quoad omnes jurisdictionis Ecclesiasticae actus intentio suboritur, maxime quod territoriale & Diocesecos jus in iisdem hodie consistant terminis Instr. Pac. art. 7. §. *Ius diaconian.* & in actibus contentiosis ante conditam Pacificationem Osnabrugg. & Monasteriensem motis status anni 1624 retrospicendus, quoniam harum Ecclesiarum religionis exercitium sive certò paciō aut privilegiō, vel longo ususive sola observantia præpolluerit, ad quam normam in posterum candem quoque sacrorum & religionis curam pariformiter cum

Dag 30. omni-

omnibus annexis juribus & accessionibus gerere debet. *I.P. art. 5. s. hoc tamen non obstante, art. 7. s. unanimi & art. 5. s. patia amorem.* Illud, ubi ejusdem loci complures diversarum religionum domini territoriales conspicuntur, dicti anni termino eum in finem nituntur, ut si unus saltet illorum in solitariajurium Ecclesiasticorum possessione vel quasi exiretur, dominum conterritoriale, jam nunc juris territorialis partipem, prorsus excludat. *J.P. art. 5. s. territorie jure vers. in his locis quæque in ejusmodi argumentum consimilia glomerari possunt.*

g. II. Nihilo fecius tamen exultina inductione superioris theorica de individuo & constante religionis ac superioritatis conexu veritas valde ambigua cōprobatur, maximeq; officium perdere, quando aliis legitimâ particularis jurisdictionis exercitii possessione gaudet, & se ius tale habere ac possidere in specie demonstrat. *Cothman. resp. 33. n. 38. vol. 4.* quo casu nihil vetat, quin Magistratus inferiores, quod suum est vel ab ipsis posse sum non defendant, & Prætor dicat. *Ut possideatis, ita possideatis.* arg. l. 1. ff. uti poss. cūm ius istud supremum, summis Principibus debitum, non dominium aliquid singulare, directum vel utile concernat, per quod mediati Magistratus inferiores suā iurisdictione particulari uti prohibantur, *Kapp. dec. 48. n. 17. Visor. de exempli. concl. 21.* Sed jurisdictionem saltē & protectionem in universum, quam Status Imperii in suis provinciis gerunt, quæ etiam causa videtur, quod in dicta constitutione Principes similes vī personæ tantum laudentur, præter illam, quod Comitiorum splendor & Imperii Majestas ceteros quosque excludat. *Klock. tom. 3. cons. 146. n. 55.*

Th. XII.

§. I. Jus autem Episcopale cum Patronatus iure nihil commune habet, quod secundum Interpretum doctrinam vel *Regium* notatur vel *Vulgare.* Illud est, potestas Principis in populo ad tuendum Ecclesias, quæ scilicet contra potentiam maiorem defendere nequeunt, Ant. Fab. *de rebus reg. l. 3. t. 2.* inque *Legale & Conventionale* dividì solet. Legale, ab ipsa lege vel canone obritur, quemadmodum Imperator Romanensis Ecclesia Patricius, Advocatus & defensor legitimis audit, *R.I. de anno 1543. §. aher Churfürsten. Capitul. mod. Imper. invict. art. 1.* Cœteri item

Prin-

Principes & Status ecclesiastum in suis territoriis Protectores laudantur Ober. Rödige Oberschulz Herrn. Conventionalis mutuo
consensu, stipulations & libera partium voluntate constituitur.
Mag. de adv. arm. 3. n. 166. acrurus e Clientum qualitate in Ec-
clesiasticum & Seculare discernitur. Quae advocatio temporis suc-
cessu, ut cunctis ferè laudabiliter institutis familiare, plus sçpē
nocuerint quam profuere, dum Advocati vel exinde absolutam
subjectionem alias insignia jura sibi mancipi runt vel in gravi-
um etiam servitorum jugum Clientes detruserunt, & juxta Spe-
delii traditum, Spec. var. ob. voc. Geistl. Bericht. Sunt autem de
Schulz. Herrn. Stuigherni worden / ut exinde non incondite dis-
quiriendi ansa de Principibus duobus civitatem aliquam in pro-
tectionem recipientibus elicatur, utram, uno illorum oppu-
gnante, alter contra oppugnamen Comproctorem eam tueri possit
& debeat? Quam affirmative definiendam afferimus, propter
vinculum defendendi communem, quo seunque de facto mole-
stantes vel turbantes, stringens. Si xtin. de regal. l. 2. c. 14. n. 104.
Myntz. O. 19. Mindan. de mand. l. 2. c. 14. n. 18.

§. II. Vulgare patronatus jus dicitur, jus praesentandi in-
stituendum Episcopo ad munus ecclesiæ vacans patrono certis
ex causis competens. Lancell. inst. jur. Can. l. 1. t. 28. vr. Vc est jus
praesentandi Ecclesiæ pastorem & tuendi bona sacrae destinata,
Ant. Fab. derelig. reg. l. 36. 2. in cuius constitutione non qualitas per-
sonæ fundantis, sed bonorum conditio, è quibus fundatur eccle-
siæ cognoscenda, quæ contemplatione duplex à Canonistis per-
hibetur, Laicorum, aliud, aliud Clericorum, quibus Mixtum fu-
peraddunt, quando ecclesia præstat fundum, laicus dotem aut ec-
clesiasticus vellat eum ecclesiam, partim ex bonis ecclesiasticis, par-
tim laicalibus bonis dotavit, Tusc. concl. 614. n. 7. 9. lit. l. cuius ha-
bito semper ad id, quod potentius, respectu, nullus cernitur effe-
ctus, equidem praesentatio ecclesiastico & laico patrono com-
munis intra menses sex, non quatuor expedienda, quod hoc casu
patroni laici gaudent privilegio Clericorum ac propter com-
munionem dignum magis ad se trahat dignum minus, arg. c. 3. x.
de consecr. eccl. Mindan. de cont. caus. c. 19. n. 31. Finckelth. de jure
patro. c. 6. n. 92. Qui dignationis status circa praesentationem mari-

& foemine communem nihilum confert, in diversum abeuntibus patronis, ad præferendum nominatum à mare tanquam persona digniore præsentatum, siquidem & que idonei, pari causa & jure pollentes præsentati Episcopo in optionem cedunt Ant. Fb. Codd. 6. tit. I. d. II. n. 2.

§. II. Non minus autem patronatus jus, quod propter spiritualitatem admixtam divisionis nescium, omnibus & singulis in solidum competit atque dominium rei communis c. 1. 2. & 3. x de jur. patron. cl. 2. fin. tit. cod. Schurff. cent. 3. cons. 35. n. 5. & compluribus acquiritur, vel ex fundatione, constructione aut donatione, quorum modorum unus item vel alter plenariae ejus constitutioni sufficit, ac nullum obstaculum, quin circa eundem plures concurrant, ejusvè jura sortiantur, tantum equidem unum angulum & discans, vel paupercula parum ad ecclesiæ fundationem impendens habet, quantum Rex totam penè Ecclesiam extricens, Bald. in cap. quanto. n. 3. x. de judic. Franc. Pfeil. cons. 182. n. 13. quæ tamen in abstracto de ipsis juris indivisibilitate, non in concreto accipienda erunt, quo plus conferenti majorem honorem, præminentiam & dignitatem ampliorem, gratiam, emolummentum & ius pinguis debere æquitas suadet arg. c. 3. extra de jur. patr. Coithm. resp. ac ad. I. n. 45. 46. Roll. à Vall. vol. I. cons. 47 n. 15. cum primis quando minus impendentes non omnia ad Ecclesiæ fundationem necessaria aut quæ ad hujus vel illius constitutionem requiruntur, insimil prestant, Steph. Lambert. de jur. patr. l. I. par. I. pr. quest. 3. art. 8. n. 10. In quorum concurso ne jus alterius absorbeat, præsentatio ita omnibus communis, ut à nullo singulariter verum junctis suffragijs ecclesiæ minister præsentetur, Mod. Pistor. q. 86. n. 12. quæ tot singularibus & individuis actibus futurum pastorem designantibus conferuntur, quot patrōni suffragantes existunt, non vero ad patronorum numerositatem pro cuiusvis I. 2. 3tia parte, è quibus actus confletur, quarum sectionem præsentatio, tanquam actus immaterialis & individuus non recipit, illorumque confusionem ex se q. caveri vult; quæ à pluribus seu universitate sicut, ut una persona civili ex multis individualibus Physicalis abstracta & quæ sicut à singulis universitatis seu universitate ut singulis.

§. III.

§. III. Compatrioti vero plures mutuo concursu ne
felicem impedianc, convenientissimum erit, illos ipsos de alterna per
vices presentatione inter se pacisci, et plures in fin. de jur. patr.
Gratian. dif. for. tom. 4. cap. 645. n. 7. 8. 9. nam hoc sine raro ad-
modum multi, quae est naturae mortalium vitiositas in unum
consentire solent, ob quorum dissensum & dum diverso calle ad
scopum propositum tendunt, interea sepe ecclesiastica beneficia
diutius vacantia tam spiritualium quam temporalium detri-
mentum patiuntur. *e. 41. x. de elect. Vigil. metib. jur. pont. l. 3. c. 14.*
reg. 7. In cuius abolitionem distractis in plures compatrionorum
votis partes, ecclesiaz majoribus adjutus meritis, plurimorumque
praesentatus voce praeficitur cap. 3. x. de jur. patr. Carpz. fr. eccl.
l. 1. t. 4. d. 45. n. 5. & dec. ill. 82. n. 22. 23. Klock. de contr. c. 6. n. 25. nisi
numero inferiorum dissensus justioribus & prægnantioribus
causis in personam nominatam refragetur, Balduin. cas. conf. l. 4.
c. 5. cas. 5. in fin. Dissidentes vero compatrioti duo utrumq; inani
præsentatione se torquent, nec e dignitatis forte prærogativa
alterum alterius votu potius ducendum, cum aequo patroni
sint, & Episcopus ex paritate, cui velit, gratificari, illumque,
quem magis idoneum repererit, investire vel instituere possit.
Cothm. resp. acad. 30. n. 13. 14. Marb. vol. 1. conf. 10. n. 17. quin imd
ad sortis judicium praesentatos donis & virtutibus aequaliter revo-
carci posse Balduin. notat cas. conf. l. 4. c. 5. cas. 6. vel etiam ferven-
te alterationis studi & festucariâ digladiatione loci Episcopus
ob scandali evitationem pro suo arbitratu pastorem novum ex
officio vocando & confirmando ecclesiaz providebit, cap. 3. 12. &
27. x. de jur. patr. c. 2. x. de oper. nov. nunc. Marb. vol. 1. conf. 10.
n. 17.

§. IV. Sola autem negligentia cum devotioni locum fa-
ciat Fab. C. 1. 6. t. 1. d. 2. n. 2. compatrionus ignave lenteque
se gerens diligenter alterum nequicquam gradu pellit,
verum hic officio satis faciens ea vice negligentem jure qui-
dem suo exuit, in totum tamen non privat, nec in posterum
ab malam fidem & presumptam alieni juris scientiam officit sive
in petitorio Tusc. conel. 149. n. 2. ht. P. sive postfitorio, Joach.
Steph. de Jurisdict. l. 4. c. 13. n. 20. Menoch. conf. 90. n. 125. Cothm.

E resp.

ad p. acad. 29. n. 101. 102. 103. 108. circa quod presentationis li-
gium in magistris advertendum possessionis questionem regulari-
ter proprietatis propter novissimum causarum beneficium
statu, novissimis actibus probandum, antevertere Fab. in C. l. 6. s.
l. d. s. n. 3. & d. 9. n. 4. Masc. de prob. concl. 950. n. 6. Gratian. discepto-
for. tom. I. cap. II. 3. n. 32. & tom. I. c. 310. n. 76.

Th. XIII.

Jurisdi-
ctio Secu-
laris.

Proximo nexu priori *Secularis jurisdictio* cohæret,
qua ad anterioris figuram non idem perpetuo ingreditur sub-
jectum, sed & pluribus communications rationem concedit,
impræsentiarum absoluta illa *jurisdictio* vel *autonoma regia* primi-
tus quomodo in consortium sub M. A. Antonino, cogn. Philo-
sopho & adscito sibi Collega, Lucio Annio Vero, tracta, ab o-
vo ne recolamus, in moderno rerum statu *politeuma* hoc sum-
mum, sociale cuius figura effectum, rudi Minerva depingamus,
illō enim tempore Augusti duo sacra Imperii sceptra tenuerunt,
hinc inde Divorum Fratrum biga in jure obvia, l. 39 ff. de reli-
gios. et. sumpt. f. 19. ff. de accus. & inscript. quam dyarchiam ob-
pravissim Imperii molem V. Diocletianus fecutus, Coimpera-
torem sibi legit Maximianum Herculium, quorum uterque rur-
sus suum Concessarem, Constantium alter, alter Galerium adsci-
vit, qua Majestatis communio Imperii etiam in *Orientalis &*
Occidentalis divisionem in Constantini M. Filiorem Augusto-
rum trigā induxit, Eutrop. brev. l. 2. c. 2. n. 860. Zos. 2. 2. 691. Hodie
Regia Germanorum Lege in quasi potestatis & Majestatis con-
sortio Proceres Imperii coruscantes videmus & quot Status tot
gemmas in ista Imperii purpura habemus. qui medium suum
Solem, Imperatorem, velut r radiantia lumina circumcident, arg-
text. A. B. c. 24. Decret. Caesar. apud Brunning. de var un. spec. con-
cl. 10. Pauerm. de jurisfa l. 2. c. 2. n. 84. Carpz. ad L. R. c. 13. f. 6. n. 34.
Quæ fulgentissima Statuum corona Imperatoriz Majestas-
tis candorem hanc obumbrat, quominus Aquila trium-
phare desinat, hominum enim non naturæ opus, quod
a Reip. constitutione esse suum accipit, nec unius ejus-
demque ubivis forma fuit, vel ut supereminens in reliquorum
jurium prærogativam communionis expers, proque individua-
te suæ tamen subjecti individualitatem poscit, illam equidem vel re-
spectu.

Specie partium subjectivarum, personarum Imperantium, aus
potentialium seu iurium Majestati propriorum intra Reg. cip. com-
plexum confieri haut absonum, Imperator enim Majestate
in ea nititur forma, quia ipsi constituta est & potestatis quantum
per L. hanc fundamentalem ipsi decrescit, tantum Imperii O-
ptimatibus accrescit Arum, de Comit. cap. 3. n. 20 Lamp. de R. R.
G. p. 3. c. 2. lib. 1. 12. & c. 3. lib. 17. 18. quod tamen exclusive intel-
lectum non imus, nemo enim foret, qui denegaverit, esse qua-
dam Majestatis iura penes Imperatorem *in solidum*, quæ ex lefo-
luis incōsultis Statibus exercere potest, quorsum cerebrerrima Im-
perii Recessuum mentio pertinet. Der Keyserl. Hohheit / Freyheit
und reservaten auch Macht und Vollkommenheit / R. 1. de anno
1542. S. Hierumb R. 1. de anno 1576. S. Dadurch datt. deinceps
quedam etiam quæ cum Statibus communis Imperator habet, in
quorum expeditione tanquam Director & summus Princeps
cum Archi principibus Electoribus tanum vel inclusu & reli-
guorum Ordinum Senatu concurreit, Limn. ad cap. Rudolph. 2.
art. 32. verb. Bon. Reyll. Mart. n. 51 Quo intuitu & quod æque
Ditionum suarum possellum cum Imp. Justin. l. 1. pr. C. de jur.
vet. encl. ecclesi Majestati acceptum ferant, Imperii Principes
in Epistolis, Rescriptis & Edicis locutione hic: Wit Bon
Gottes Gnaden non inepte uti notar, Nic. M. l. de princ. &
Stat. Imp. cap. 30. quanquam longissimi & temporis in memorialis
potius oblervantia, non exclusa Imperatoris autoritate, tituli
hujus communis usus a quibuidam adscribatur, Matth. Steph.
de juris d. l. 2. p. 1. c. 7. n. 40. Schönborn. pol. l. 5. cap. 23. Rumel.
ad A. B. diff. 1. lib. 4. ad quem modum Bertoldus de Zeringen, ne
in Imperatorem injurijs, in DEUM vero improbus videretur
hisce verbis uti maluit. Ego Bercholdus de Zeringen Dux et
Rector Burgundia DEI & IMPERIALI gratia Pitti. l. 1. d. com.
Campagn. quibus congruent literæ, quas Serenissimo Dn. suo
Rudolpho Romanorum Regi, semper Augusto scriptis Ottagri-
us DEI & ILLIUS gratia Rex Bohemia, Megis in annal Carmib.
18627.

9. Hoctamē summi axiomatis conlortiu ad illam summē po-
 tēstatis communionem revinctū, quæ in universi administratione

Ie exerit ac Proceribus cum Imperatore in Comitiis communis est,
 hoc quippe intuitu insimul de summâ rerum statuendi jure, se-
 fura ac dicendâ sententiaz, tamquam Reip. Optimates in Comi-
 tiis cum Imperatore utuntur, art. 8. S. gaudam. I. P. O. Steph. de
 jurisdict. l. 2. p. 1. c. 7. n. 1. Pauerm. de jurisdict. l. 2. c. 2. n. 20. quod liber-
 tatis nomine Serenissimus Coelectoribus in voto pro Carolo
 Austriaco indigitatum voluit Moguntinus archi Präfus, Stein-
 dan. I. Siffor. pag. 20. 22 excellens sane libertas, cuius penetralia
 anxius inquirenti altamente discutienda erit Imperatori Regi-
 minis moderatio legumque ac conditionum determinatio in
 dict. art. 8. S. gaudam. I. P. O. & Regia Lege confignata Neutiqua
 ergo ad propria Provinciarum gubernacula porrigidendum, in
 quibus Majestatis ubra vel imago resplendet, cuius effigies ve-
 litaturarum passionibus depingitur, ac potissimum partem inter-
 ritorii juribus occupatur, quibus tam amplâ rerum licentia mo-
 narchifant, quâ Imperator in Imperio, Carpz. disquis. vor. sept.
 pro Carol. V. dogm. 5. Knich. de vestit. pacl. part. 2. c. 1. n. 49 Hervit.
 Kirchner. de legat. l. 1. c. 3. n. 12. ut communis innotuerit formula:
Cesarum ansپciis, multos in Imperio Cesares esse. Scip. Gentil.
 l. 3. de jurisdict. c. 18. Qui dulcifonus verborum Sonus veris
 Ipr. Civ. principiis ne illidat, haut independentem provinciarum
 administrationem vel nulli suppositam Principum Potesta-
 tem subolescit, major siquidem Augustum penes provinciale
 Jus communicantem remanet potestas, Meischin. tom. 2. l. 1. decisi-
 6. n. 88. Myng. de superior. rerris. cap. 14. concl. 54. Sixtin. de regal. l.
 1. c. 5. n. 53. & seqq. Reink. de R. S. l. 1. cl. 4. c. 2. n. 8. qui superiorita-
 tem territoriale largiendo suprematatem reservare solet, eine
 Uberschwebende hoheit / regiam Majestatis formam substan-
 tialem, in quâ hæret humidum radicale & facultates ipsius
 animæ vitales Principatus exercentur, Bull. dñe. acad. 5. de ma-
 jest. p. m. 374. cui tanquam capiti, munificæ dignitatis nexu de-
 vincti, majori cum autoritate & felicitate fasces suos Status
 submittunt. Rittersh. biolog. Frid. I. quibus Imperiale fastigium
 majori rutilat dignitate, ac potentiaz sceptra clarificat, quando
 claritatis radios in illustriores & Potentiores diffundit, arg. Nov.
 I. in fin. pr.

§. II.

§. II. Discreta igitur hæc à superiori potestas quām deprehendatur, cuius facultate exceptis solius Cæsaris Imperio reservatis in Reip. negotiis velexisse vel pro parte decretorum Stylum cum Imperatore interponunt, communem quæ singulærum Classum censuram experiuntur, non tangamus; Syllabum eorum exhibente, dicitur gaudentia, art. 8. I.P. O. verūm è singulare dignitatis præminentia Archiprincipibus, seclusis Constantiis, communia relicta luctremus, quorum Communio vel his Solis obtinet vel Imperatorem illis cum admittit. Ad priorem classem quæ reducuntur, Dignitatēs. Officium & Potestatem, aut Privilégia concernunt. Dignitatēs respiciunt tituli & encomia, quibus in A.B. mactantur, puta exordi. c. 3. §. 1. c. 12. §. 1. c. 24.

§. 1. c. 2. §. 5. c. 6. cuius dignitatis porrō emblemata est vestitus peculiaris, quo munia sua obeuntur utuntur, quitamen aliis Ecclesiasticorum, alius Electorum Secularium Gold. Polt. Reichshām. del p. 1. pag. 69. 2. Quod dignitate Regibus æquiparentur, Wahri. ab Ehrnb. l. 1. de fæd. c. 2. n. 147. Carpz. ad L.R.c. 10. §. 5. n. 6. in dī in actibus Curiae proedriæ jure gaudent, A. B. c. 6. & in literis ad exterios Reges non Majestatis, sed Regiæ dignitatis titulum exprimant, sublimi scriptio[n]is genere, quo non magis in propriis literis, quam sibi una cum reliquorum Ordinum Statibus ad exterias Coronas communib[us], utuntur, Limn. de J. P. i. 4. 1. 3. c. 2. n. 3. Quæ 3. gratiosissima in Comitiis auget ab Imperatore in diversorū solita exhiberi visitatio, Reink. de R.S. l. 1. cl. 3. c. 13. n. 10.

§. III. Quo felicius autem sociatis laboribus Respubl. florefcat, mortalium plerique salutis publicæ curam communis suffragio firmare solent, inde pro sacratissimi Imperii salute Potentiss. Electorum officio & potestati peraccomodata, quæ certi[n]untur, vel omnibus conjunctim vel divisim Ecclesiasticis aut Electoribus secularibus communia deprehenduntur. *Priorens censu[m] spectant:* Quod Cæsareæ Sublimitati, tanquam in partem sollicitudinis constituti, A. B. c. 30. §. 1. prudentiâ consilioque adiistant, c. 3. §. 2. prouidentiâ Orbi fluenti anti subveniant, c. 7. & ne nocivæ aduersus Imperii salutem exurgant molitiones pro earundem abolitione, Imperii & propria incolumitate, excludunt tamen de observantia Bohem. Limn. ad Capit. Carol. V. p. 155.

Carpz. ad L.R. c. 5. §. 8. n. 30. comitia celebrent, vulgo Churfürsten/Collegial. & ag/Capit. invict. Imp. med. art. 6. Un. Elect. Rhen. de ann. 1521. §. 1. 6. Imperioque vacante tempore caput Mundo seu populo Christiano secundum omnem intellectus discretionem Regem Romanorum in Cœsarem promovendum eligant. A.B. c. 2. §. 2. 3. Capit. modern. art. 36. quod electionis negotium suò licet avò universis Imperii Statibus commune fuerit, Lchm. Chron. Spir. l. 5. c. 17. p. 410. Onuphr. Panvin. de Comit. c. 6. temporis tamen successu paucorum suffragiis conceditum A.B. pr. c. 1. Imperatore enim in fata concedente Moguntinus, ut primum certò rescivit, eeu Gloriosiss. Collegii Electoralis Decanus, singularis suis Coelestib[us] intra mensim contumium exitum hunc denuntiat, cum sancta Comititorum præsinitio[n]e, ad novam Imperatoris surrogationem, A.B. c. 1. §. 18 19 quam convocationem, ut antiquissimis temporibus integro Collegio communem fuisse, si Frecherio ad P. de Andlo. 2. c. 7. fides habēda, autumare ita è Saxonici juris Speculo vom Sandrecht cap. 27. §. 3. & Suevico l. 1. cap. 23. §. 3. prærogative hujus Consortem, Palatinum, illo seculo arbitrassit vix licet arg. A.B. c. 4. §. 2. Ordinarii vero conventus termini abbreviationem vel prolongationem Serenissimi hujus ac Potentissimi Collegii dispositioni jam dum subiacere, novissimæ electionis acta cauant, qui Principes congregati in electionis actu Imperii systema repræsentant, ejusque nomine intra certum dierum numerum unanimi consensu vel plurium suffragiis Electo Regni Sceptra deferunt, sub norma in capitulatione concipienda, cuius formandi & reformati facultatem, cum haec tenus, Bohemia tamen operâ non accedente, Limn. de I.P. t. 4. l. 3. c. 8. n. 21. quasi eligendi juris appendicem sibi solis sumferint, eaque ratione Electoralia jura, secundum querelā Autoris & Grundfest. H.R. Reichs p. 3. c. 3. ad non translatu extensem iverint, utpote, quæ, tanquam lex nostræ Reip. fundamentalis ambitu suo ipsum Imperii statum, ceteras ejusdem LL. fundamentales complectens, Imperatoris potestate vel arctius constringit aut laxius ampliat, adeoque universorum Statuum interesse concernit, pacificatione Osnabr. cantum, in proximis Comitiis de perpetuò constanti Capitulatione fangienda è communi Statuum suffragiō consultationem initu debere, cuius in modernis Comitiis tracta-

39

tractationem coepitam refert Sever. Monzamb. de stat. Imp. german. c. 5. §. 2. Quæ lex cum Eleitorum inutu in totum truncari nequeat. Coler. de jur. Imper. Germ. Selt. 34. Rich. Dieter de summa summa. Imp. potest. conel. 41. verum dominetur ac tanquam suprema R. eip. salutem intendat, Imperator ad dignitatis calmen sublimatus, si conditionem existere faciat atrociorum, quâ stipulatio hæc committatur, an imperandi jus illi resolvatur? Cuius in fine hoc & potius abominando quam sperando casu, justicandi functio adscriptio adscribenda, Praeminentiæ knic Senatu? An universo Procerum Imperii Ordini? Non Cathedræ Academicæ sed Comitiis publicis debitas quæstiones arbitramur.

§. IV. Ecclesiasticis Electoribus communia perspicuntur, quod præter Archi Episcopalem dignitatem Archi Cancelleria in munere defungantur. A. B. c. 2. §. 2. c. 1. §. 12 & 11. functione inter Palatinas dignitates honorum apice & veluti ambientis animi honoris sitio, ad cuius designationem sublimitatem licet non men non satis videatur festivum, Calvin. Lex. hac vobis. magnificis tamciu elogiis conspicui, cum in proximo post Principem fastigio foveantur, Imperatores illo etiam hos archi Capellanos confuscare voluerint, triginta anteriorum seculorum conditione poscente, quæ tres principia Imperii struem partes integrabant. Primum vero Wilhelmus, Archiepiscopus Moguntinus privativè possidendi & exercendi hanc primaria designationis functionem auspiciatus fertur, donec postmodum Coloniensis & Trevirensis in Nobilissimæ dignitatis communionem & conformatum lecri, Mallinkrot. de archi Cancell. & Cancell. S. I. R. G. p. 30. & seqq. Qui Archilogothetæ ab Imperatore vel ex civili cognatione aut singulari affectu Neptorum nomine salutantur: Unserreiche Neevendo Thürfürsten. Heig. l. 1. g. 4. n. 62.

§. V. Illustria & suprema Electorum Secularium officia ex Imperatorum arbitrio de familia in familiam migrâisse, veteris xvi usus suggerit, quorum administratio postquam ad Regni Primores de Imperio bene meritos hereditariò translata fuit, solemne dicunt: Quod duo de viginti annorum ætate exacta Electorum jus usitatum, votandi puta, Officia Electoralia obtinendi, quæque ejus consecratio cum provinciarum Reginine in dipiscantur. A. C. c. 7. §. 2. è quibus insignes & magnifici cum

con-

Q.
Q.

concorporatis Principatus dignitatem & Electorale jus innexum
 habentes dismembrationis, lege, vel communionis eximuntur A.
 B.c.25. §. 1. quā illustres familiz obscurantur, Wese[n]b. cons. 4.r. 43
 cum in tantum erciscundo desolentur, ut rēporū serie & multi-
 plicatione Proli, Posteri Duxes audiant sine Ducatu, Marchio-
 nes absque Marchionatu, Nevizan cons. 12.n. 6. ac sordescendo fi-
 naliter subditis parientur, Cothm. vol. 5. cons. 1. n. 183, unde sem-
 per fuit & erit, inquit Menochius, cons. 163. & 1094. *Dignitatum*
feudalium naturae esse individua, 2.f. 55. §. 1. vers. prater, quamvis Uni-
 versalis ferè Germaniaꝝ desuetudine placitum hoc inumbratum,
 Rosenth. de feud. c. 9. concl. 56. n. i. Schrad. de feud. p. 8.c. 2.n. 39.
 Springsf. de ap[er]t. cap. 5. n. 21. Cothm. vol. 4. cons. II. n. 94. &
 solis Electoratibus ~~agatorum~~ ius, Caroli IV. fundamentali
 Imperii lege, inditum sit, A.B.c.25. §. Springsf. d. l. n. 15. quo Elec-
 torum numerus, Octonariō hodie inclusus, jugiter vigeat, om-
 nisque altercationum iurgiorumq[ue], fomes super jure, voce & po-
 testate extirpetur, A.B.c.7. §. 2. quæ jura ad Protogenum vel legi-
 tum successorem devoluta licet cum ultragenito vel alio suz
 Gentis socia gerere velit, Imperii tamen leges Electoralis Regi-
 minis consortium ut alienationis speciem, in feudis prohibitam,
 aversantur, 2.f. 52. Natt. cons. 288. n. I. tom. 2. Carpz. disp. feud. 8.
 q. 1. n. 14. utcunq[ue] factum sit in propatulo Limn. I.P.t. 4.l. 3.c. 4.
 p. 335. in fin. & pag. 350 circ. med. & indissolubilem propter nexum
 electoralibus bonis devincta dignitas minime à legitimo posses-
 sore divelli se patiatur, Arum de Comit. c. 7. n. 131. in fin. Bertram.
 de Com. concl. 42. Limn. ad A.B.c.20. O. 6. Secūs ac Historico-
 rum monumenta ingerunt, quorum tradita haut raro Electura
 jus, Electoratum alterum tenuisse produnt, Cranz. l. 12. c. 4. in
 Saxon. Avent. l. 7. ann. Bojor. fol. 753. Ipsò igitur Electoralis ap-
 prehensæ possessionis vestigio Electoralia jura ante Imperialis
 etiam investituræ renovationem confessim adipiscuntur, A.B.
 c.20. Limn. I.P.t. 1.l. 3.c. 7.n. 3. & seqq. & Observ. ad A.B. 3.c. 7. §.
 2. corundemque duplicatione ex Imperii salute vel acquisitiō jure
 retinendo Elec[t]orum uni delata, duplice hic jure atque voce frui-
 citur, non aliter ac ē variarum ditionum possessu distractionem
sentit

103
 104

41

Sentit, diversis simul Statuum SCtis subscribendo, Rumcl. ad A.
B. p. 2. diff. 6. t. b. 19. Limn. I. P. 1. 4. l. 3c. 7. p. 349.

S. VI. Quæ sublimitas, quæ potestas, quæ denique immunitatis privilegia Electores spectant, Carolus IV. Bull. sua universo Orbi testatum facit, succedentium licet magnificis Auguſtorum concesſionibus inter alios Imperii Principes non defint, qui in hoc prærogativarum genere vel pares vel Archiprincipes hos etiam antecellant, Sixtin. de Regal. l. 1. c. 4. n. 39. Jurum basilicorum, Aureæ bullæ paginam facientium, primum aciem incurrit: *Potestas possidendi universas metalli fodinas & salinas in omnibus suis ditionibus, territoriis eorumque pertinentiis.* A. B. c. 9. eō quidem modō, quod sine decimarum gravamine totum Imperatori in iis competens jus habeant, Goedd. conf. 3. n. 9. vol. 1. Vera Principum mercatura, cuius uberrimus questus adeō in publicum redundat, ut metallum auri vel argenti fertile unde anno plus utilitas præbere, quam agrum fructuosissimum centum annis scriperit Georg. Agricola de metall. vet. & nov. l. 1. fodinasque metallicas cor & vitam Provinciarū esse, Principes Celsissimos evexisse responderit Cothm. vol. 4. conf. 1. n. 110. quarum curam nemo præter Principem aut singularem ejus indulgentiam intercipere potis, Col. p. 1. doc. 98. Carpz. lpr. for. p. 2. c. 53. d. 1. n. 9. Brunnenm. ad l. 3. C. de metall. adeō ut generali jurisdictionis cōcessione vel cunctarum utilitatium infeudatione non transcant, Obrecht. de juris dict. l. 1. c. 7. n. 54. Wesemb. conf. 45. n. 21. & Cons. 60. n. 1. Heig. I. q. 13. n. 30. Sectus ac Justinianeo jure dispositum, l. 1. l. 6. C. de metall. l. 1. pr. ff. quod eiusus c. un. nom. l. 9. §. 2. ff. de usfr.

S. VII. Succedit Regale tolerandi Judæos, olim nominis summo Principi proprium, qui ipsis etiam judicem aliquando peculiarem Comitem Wurtembergicum constituit, Gold. conf. Imp. sub rubr. Frid. 3. mand. ad Com. Wurtemb. utpote quorum vita & bona Imperatores unicē mancipi ducebant ac ubique suę jurisdictionis terrarum servos Camera Imperialis speciales & homines Fiscalinos Rayserl. Cammer. Riechst. Scaven, Rayserl. Fiscaliūssime Riechst. compellabant Sigism. in conf. de Offic. vic. gen. apud Gold. Imp. conf. pag. 85. Wesemb. cyn. hyturg. concl. 7. n. 4. quorum receptio, cum propter sterilitatem evaderet onerofa,

F

multos

multos privilegiis, ne obtruderentur, sibi cavisse compertum,
 Knipsch. de L. & P. C. I. l. 2. c. 30. n. 13. Electoribus tamen hāc lege
 non tam noviter indultum, quam confirmatum fuit p̄ivilegium
 quō omnes in tantum non utuntur, ut Judeos in suis territoriis
 degere vel faltem absque redempto guid agio transire non pati-
 antur, Sixtin. de Regal. l. 1. c. 5. n. 23. Myl. de princ. & Stat. Imp. c. 60.
 Ubi tamen recepti pacificam degunt vitam expulsioni tam facile
 obnoxii non sunt, Rul. de commiss. p. 3. l. 7. c. 3. n. 5. Mag. de advo-
 arm. cap. 8. n. 295. Cran. de pac. relig. p. 2. problem. 3. conn. 3. verum
 tanquam Cives Romani Juris Communis & Provincialis, Mo-
 saici corporis jure penitus non obumbratō, usu gaudent, ac in
 mutuo rigorosi & æqui amplexu rigorem persentis cere solent,
 Myns. 5. O. 6. Stamm. d. serv. person. l. 1. tit. 5. c. 4. n. 1. & 14. Tren-
 tac. 1. resol. de LL. & conf. 3. n. 2.

§. VIII. Jus Telohiorum Electoribus tributum A. B. clau-
 ret. c. 9. §. 2. quōcūjua dūmataxat & de preterito imperato ratiq-
 uia cogendi jus habent. Liberiorem Imperatorum in his erigendis
 concedendis vē potestatem exitisse olim ac hodie, modernā
 Regni lego emicat, multi modē circumvallatum juris hujus ex-
 exercitum præmonstrans, ut, concurrente utriusque assensu legi-
 tima demum innovatio suscipiat, & liberimus Electorum al-
 sensus Intercessionalibus, armatis quasi præcibus, Imperatoriis in
 illorum efflagitatione lacessine queat, Capit. Car. V. art. 19. & Leo-
 gold. art. 23.

§. IX. Enimvero *Vestigialium* exaggeratio cum subditos a-
 perte premat, majori aucturā moneta & valuationis immunitate oc-
 cultam facultatum perditionem infert, ataxia Reip. exitiosa, in
 cuius extirpationem optimā ratione Majestatis juribus *Nan-*
marie recurratio adscribitur, l. 2. l. defals. mon. 2. f. 56. quam Ca-
 rolus M. ad eō regalem duxit, ut omnes monetarum officinas in
 suo palatio, item ac Anglia Rex in Londinensi turri effigi vo-
 luerit, quo probiori ligā percuterentur numismata, Sixt. de Reg.
 l. 2. c. 7. n. 18. Temporis tandem lapsu ex abundantiori Imperantio-
 rum gratiā in commercium transit, Electoribusque tam argen-
 team quam auream confundi monetam lege ipsi largitum, libe-
 ralitate hāc inde non emetit, verum in Mediatos & Immediatos
 Status

Status postmodum uberrimè diffluere assuetâ, certâ iconis impri-
mendi conceptâ figurâ, Rel. de anno 1559. in ordin. monet. Ferd. I. §.
etieaber vorgestelte Sorten, quæ Civitatum monetis insigniri con-
suevit, Linn. ad A.B.c. 10. §. 2. O. 12.

§.X. In amplificandis rerum possessionibus laxiori nanci-
seundi facultate Electores utuntur, non enim commerciorum le-
gibus ad communem sortem devincti, verum à quibuscumque
Principibus, Magnatibus, Comitibus aliisque personis quascunque
terris Castra possessiones comparare, inque dominium vel obligatio-
nem recipere possunt, A.B.c. 10. §. 2. concessio desuper in bonorum
Imperii feudalium mercatu consensu generali, alias specialiter
secundum feudorum conuentudines impetrando, 2. f. 52. & 55.
Linn. Obs. ad A.B. diet. cap. obs. 2.

§.XI. Relevii numerandi immunitate gaudent Electores,
quotiescumque fenda sive Regalia ab Imperatore recognoscunt, A.B.
c. 29. §. 1. quôd jure præter Privilegiatos in Imperio nemo utitur.
hinc in ancipiiti fluctuat, eveniente casuum pluralitate, fatali non-
dum elapsi, utrum pro omni manus mutatione jura hæc debeantur.
In qua dubitationis alea investiturarum pactis standum, arg. l. 27.
ff. de testam. mil. quorum tenor si obscurus, provinciæ consuetudo
attendenda, eaque deficiente, æquitatis lege judicis arbitrium
imbuendum erit, Schrad. de feud. p. 6. c. 6. n. 26. Klock. de arar. l. 2.
c. 42. n. 103.

§.XII. Circa firmissimum Societatis humanæ vinculum, In-
stitutam, in regnandi arte, duplice de non Evocando, nec non ap-
pellans privilegio gloriantur, cap. Ferdin. 4. art. 15. & Leopold.
art. 3. 18. quorum Prius Electoribus specialiter indulsum poste-
riorum Imperantium conniventia ad ceteros quoque Imperii
Proceres fuit extensus O. C. p. 2. tit. 1. pr. & tit. 5. §. 1. omnibus in
causis singulari Cæsarum jurisdictioni reservatis nonnullisque
aliisviles sens, O. C. p. 2. tit. 20.

§.XIII. Alterum non parum majoris momenti privilegium.
Extra provocacionem subditis imperare, verè regale, in Prin-
cipes quoque & Status inferiores quodammodo collatum, ut ab
isthac partiatim facta communicatione in Purum vel *absolutum*
& *Modificatum* vel *Conditionatum* discerni possit, Zinzerl. de ap-
pell. consl. 65. & 74. quôd priore Electores præpollent, non admis-

18 ampliationis modō ad reliquos sanguinis Principes extensivo, foliis Saxonica Gentis Ducibus exceptis, Limn. I. P. t. 5. l. 3. v. 22 n. 68. Electores tamen Ecclesiastici & Palatinus privilegio intantum non utuntur, quin appellandi facultatem ex benignitate & salvo isthoc jure permittant, Treutl. p. 2. disp. ult. tb. 4. lit. e. quantumlibet Coloniensis intuitu ad A. B. dispositionem redditum esse tradat Limn. ad A. B. c. 11. §. 2. & de Palatino item factum clamitet experientia.

vulnera non fuere mortalia, attamen junctim omnia mortem attulerunt; P. H. O. art. 148, ibique Stephan. Wes. n. ad L. Corn. d. Sio. n. 19. Carpz. pr. Cr. p. 1. q. 25. Brunnem. ad l. II. ff. ad L. e. Aquil.

§. IV. Patraiō nunc scelere & polt factum, auxilium vel favor, qui prestatur judicis arbitrio plebendus relinquitur, Boer. decij. 167. n. 4. Carpz. dist. q. 87. n. 38. quod cum ordinario ferē supplicio commutari solet, quando subdolō consiliō, puta, ne commissio facinore auxilium feratur, animum ad feederanda auxilia adjecerunt, illaque subministrarunt, Menoch. l. 2. A. I. Q. c. 349 n. 22. Mar. Giurb. cons. 42. n. 9. & seqq. Quam puniendi facilitatē judicivē domiciliis forum aut delicti commissi l. deprehensionis forum defert, ex quo rhadamanthico officio fungitur, qui certe teroquin jus reddere nequit, l. 3. ff. de Off. Praef. amb. quia in provin. C. ubi de crim. ag. Carpz. p. 3. q. 110. n. 9. 13. 69; adeo ut Magistratus etiam minimus sive Magistratus culpis in suo territorio major habeatur quolibet alio, non eius loci. Coler. de prot. exec. p. 3. 6. 7. n. 29 qui extraterritorii sui districtum in privatorū sorte ponitur, Nordermann de jur. principat. concl. 49. lit. b. Knick. de jur. territ. cap. 4. n. 39. 40. ut prono quasalveo questionis determinatio fluat: Si Comes, Baro vel Nobilis immediatus in alienus

Civitatis Imperialis vel alterius Status territorio delinqūat, ibique reperiatur, in quantum illius loci Magistratus, jurisdictionem habentis, potestas se exercere valeat, an reum capere, judicare & punire possit? Cum reatus omnem dignitatem vel honorem delicium potius aggravantem quam excusatem excludat, l. i. C. ubi Sen. vol. Clar. l. 17. C. de dignit. l. 8. C. de Episc. & Cler. nec veneracionem ejus decoc̄tori profuturam velit, qui tacite se submisisse, jurisdictione excidisse pensitatur, Math. Steph. de jdict. l. 1. o. 30 n. 32. Rot. Rom. dec. 3. n. 2; defor. compet. Klock, tom. I. cons. 13. n. 59

§. V. Verū enim verò providā in sumendis tam Illustrium personarum suppliciis circumspectione procedendum, nec severiora in consulto Imperatore ab ordinario loci Magistratu intercipienda, C. I. A. I. 48. iii. 2. th. 12. 13. Knirsch. d. jur. & Privil. civ. imper. l. 2. c. 5. n. 113, cuius jurisdictio proorsus erga Eminentiores & Potentiores Imperii Status delinquentes clangueret,

Rumel.

57

Rumel. ad A.B. part. 2. diss. 1. cor. 5. lit. c. Matth. Stephan. de juris-
dict. l. 2. p. 1. c. 2. memb. 2. n. 85. & seqq. Schubh. de auſtreg. c. 5. n. 53.
Vultej. de jurisd. ad tit. C. ubi Senat. vel. Clariss. n. 48. Quibus ipſis
capitaliter in ſibi Natos animadverti volentibus paritatis jus de-
hortamento arg. l. 13. §. 4 ff. ad SC. Trebell. Linn. d. t. P. t. 4. c. 8. n
102.. Nic. Myler. de Gamolog. c. 22. n. 5. 9. quod filius feudali quali-
tate auctus & que cum patre præfulget, iuſdemque titulis in ſalu-
tationibus & inscriptionibus gloriatur. Bets. de patr. illuſtr. fam.
c. 8. p. 434. & seqq. Myler. diss. de princ. & stat. Imp. c. 22. circ. fin.
Qui æqualis dignitatis vel potestatis splendor in communi ter-
ritorio alterum etiam alterius jurisdictione eximit, Killing. de
Ganerb. dif. c. 9. n. 4. 5. Aug. Bero. vol. 3. conf. 20. n. 3. Klock. tom. I.
con. 13. n. 58. nec in ejusdem prorogationem condominium, mutua
cognitioni ſe ſubjicientibus, descendendi facultatem confert,
Surd. conf. 47. n. 41. vol. I. verū ratione obligationis ex lege, quā
quis ipſo jure fit punibilis, ſine violatione refectus ad ſuperio-
rem, qualem intra ſua diſtione complexum ante ſe non ha-
bent, hujus vindicem manum defugere non poſſunt, Klock.
tom. I. conf. 29. n. 716. quantumlibet multorum Ganerbinatum
confuetudo ipſos primæ instantiæ beneficiō uti, ſibiique invi-
cem juſ dicere comprobet, Wehn obſ. pr. lit. G. voc. Gan. Erben
Killing. dif. 19. n. 23. 24. & plurim Condominorum illius juris-
dictio potentior in ſubditos deprehendatur, qui mero & mixto
Imperio, vel majori parte armatus, quam qui ſimplice jurisdictione
& diſpari portione iunctus, Tusch. concl. 89. n. 9. 37. lit. P.
Boer. de cuiſod. clav. n. 54. & seqq. è quo inæquali jurisdictionis
moderatione circa discretum ejusdem ſpecierum uſum, quod alter
dominus jurisdictionis criminalis, vulgo Fraisch-Herr/alter vero
Civilis ſive mixti Imperii, Bogtey-Herr/ colligitur, Posterioris
hujus inſignia vel arma portis, muris aut turribus tantum affigen-
da eſſe, non itē meri Imperii domini, Knipsch. de jur. & priv. Civ.
Imp. l. 1. o. 12. n. 144. Caſtr. conf. 44. n. 5. in fin. vol. I. Höping. de jur.
inſign. cap. 13. n. 114. quūm illius jurisdictionis territorio cohærens
univerſale terræ dominū conſtituat, non Criminalis, quæ terri-
tio cōnexa ſubjectionis jugo neminem niſi patrato facinore &c.
premit, Gail. de pign. c. 15. n. 6. Frec. de feud. l. 2. auctorit. 2. poſt. n.
2. Biedenb. nobil. queſt. 3. n. 8. nec extra delicti caſum Civilis do-

H mini

mini territoriorum, eō insalutato, armatā manu ingrediendi potestatem præstat, Rosenth. de feud. cap. 6. conel. 85. n. 10. Arum. de jur. publ. disc. 24. q. 5. Gylm. symph. tom. 1. p. 1. f. 336. Schyvan. obs. 87. Thom. Michach. de jurisd. ib. 93.

Th. XVIII.

*Effectus
Oris.*

Effectum primum excipit *Oris*, qui cernitur in remedii sum pro jure in re communi conservando, tum recuperando, qua expeditunt vel circa *Proprietatis Causam* & totam controversiam dirimunt, vel *Possessionis argumentam* & fluctuante proprietatis causa, utpote difficilioris indagationis, ex quale possessionis commodum aut afferunt, vel assertum præmuniunt, Klock. tom. I. cons. 29. n. 711. Discreta verò pro *Objetti* varietate enascuntur judicia, qua pro cuiuscunque natura, *Cui aduersus quem & ad quid* unumquodque intentetur, è jam dictis facile eruuntur. Pro generalitate nostris thematis in duo genera diducimus, *Personalia & Realia*, quæque ex his descendunt, *Mixta*, quorum *Actiones* ob frequentiorem è præmissis resultantem effectum, primò loco *Mixta*, rationem inimicis, eaque sunt: *Finium regundorum*, *Familia ericunda & Communis* div. judicium.

Personas. §. I. Inter personales actiones *Conditio* eminet, §. 15. I. de act. à quâ hanc multum dissimilis in factum *actio* subsidiaria, è variis causarum figuris orta l. 6. §. 6 ff. *Comm. div.* Vindicat item damnum *injuria* in re communi datum, L. *Aquil. actio*. 3. cap. 1. 27. §. 5. 9. 10. ff. ad L. *Aquil.* atqui non solum commissionis verum & omissionis culpam expendit, Brunnen. ad l. 27. n. 9 ff. ad L. *Aquil.* Sic contra socium re communim uti prohibentem aut rei mea usum intervertente *Injuriarum actio* prodita, l. 13. §. fin. l. 14. l. 24. ff. de injur. l. II. ibique Gothof. ff. vi. & vi. arm. l. 3. §. 2. ff. uti poss. Menoch. cons. 1237. n. 22. Denique oblitum compendium judiciorum præparatoria & summariaz expeditionis *actio ad exhibendum* cuinulari potest, Carpz. proc. p. 1. n. 48. quam tamen Curia stylus nō adeò frequentat, verum Mandatis compulsoria libus Exhibitionem impetrare conluevit, Mindan l. 2. de mand. c. 50. n. 11. 17. Paul. Christin. 2. decis. 191. n. 3. & ult. quæ hanc raro in puncto editionis instrumentorum communium decernent, arg. l. 5 ff. *famil. ericund.* l. 3. §. pen. ff. ad exhib. Gylm. Symph.

59

Symp. tom. 3. voc. Acta vers. slicei regul. Blum. proc. Cam. tit. 51. n. 34.
Se quandoque contra judicem de syndicatu conventum emanant, ut acta judicialia tanquam publica & communia, in quibus simul collitigantium interesse veritut, contra se edere teneatur, gl. in l. 2. §. item div. ff. de jur. fisc. Roman. conf. 433. n. 10. & seqq.
Jafon. in l. 1. §. edit. ff. de edend. n. 6. 7. quum rescripto in communii causa emissio, licet ad unius personam sit directum, nihil omnino litis conforti propiciatur, i. C. av. rescr. Fach. 8. contr. 56.

Th. XIX.

Quod si de Compossessione iurgia excitantur, varia pro facili contingenti *Remedia* deseruire possunt, quorum quedam *Possessoria* cum *adipiscenda* possessionis causa, quedam *relinenda* & *recuperanda* quedam comparata sint, §. 2. *Inst. de interdict.* singulis ferè experiri licet. Pro *adipiscenda* compositione Interdictum, *Quorum honorum*, *Quod legatorum*, *Remedium L. fin. C. de Edict.* *D. Adrian. toll.*, item l. 3. *C. de pign. & hypoth.* & *Salvianum interdictum* competunt, quorum uno lecto Coheredes vel de possessione contendentes in rerum *Universitatibus* aut *singularium* possessionem mitti instant, vcl re adhuc integrâ implorato judicis officio Nobili, aut quod frequentior usus probat, adhibito Notariõ cum testibus vacua possessionis prehensionem accelerant, Hahn. *ad Wef. m. de interd. n. 4.* è quo communi possessionis jure circa Fratrum personas præsumptio inducit, quod uno eorum solò occupante, non *privativè*, sed *cumulativè*, fratum quoque nomine, possessionem prehendisse communique nomine possidere autem tur, Bart. *ad l. qui jure. n. 1 ff. de acquir. poss. Boer. de ci. 58. n. 7.* fraterque, fratrem composseforem agnoscere detrectans, non sit audiendus, & sinistram de se opinionem excitando violentia crimen incurrat, l. 51. ff. *pro soc. Franc. Curt. conf. 168. n. 34.* Bart. Socin. vol. 1. *conf. 61. n. 7. & conf. 167. n. 4.* cùm nemini possessionis communem in causam propriam convertere libetur, l. 4. *C. de acquir. vel retin. poss.* Duo autem plures vñ heredes vel competitores ad occupandum quando properant, celsante armorum timore vel strepitu, utrique vacua possessionis apprehensio permittenda ac præveniens eosque juris præsidio autandus, donec alius de jure suo probet, Natta *conf. 568. n. 3.*

H 2 quare

quantumvis callidō consiliō ductus ceteros cohæredes & quos
ordo successionis ex æquō parique jure ac titulō contingit, ab-
sentes & ignorantes præventione quādam antiquioris possessio-
nis qui antevertit, ex hujus modi anticipatā possessione, uti vio-
lenta & clandestinā vel initio vitiōsa tanquam *Vulturius* possel-
lor juris effectu destituendus, Natt. cons. 93. n. 6. Cothm. vol. I.
resp. 9. n. 181. & resp. 55. n. 94. vol. I. Gail. de arrest. c. I. n. 22. licet
nunquam non verissima J. Ctorum parcerū: *Possidentes beatos*
predicans, sive litis ingressum progreßum sive egressum si perspexeris,
ut à triga Nobiliss. J. Ctorum Ulpiano, in l. 3. ff. quod cum eo qui
in al. pot. l. 14. ff. de nox. act. Paulo, l. 52. pr. vers. merito off. de pecul. &
Gajo, l. 4. ff. de in rem verso edo etus Parladorus tradit, l. 1. rr. quo-
tid. c. 9. n. 2. & latissimè Ripa, in cap. Sape x. de restit. spol. Andr.
Glat. rer. quotid. c. 1. quod iplos etiam quantumvis litigio impli-
catus suaque recuperantes hant fugit, qui dum victoriam ple-
rumque litium expensis inæqualem & onerosam potius quam
proficiam reportant, de infortuniō pariter atque stultitiam con-
queruntur, quod in iudicio ad extremam lineam contendenterint;
und gerechtiget/bis sicrecht fertig worden/Vent. de Valent. par-
then. litig. l. 1. c. 4. Wehn. voc. Justiz. Wesen.

S. I. Turbativa vis *Vii* posseditis vel *Vitrubi* interdicto pro-
pellitur, Expulsiva vero interdicto *Vnde vi. A&ione L. Jul. de vi*
publica & quæ hac lege suffundata est, saluberrimā constitutione
de *Pace publica* O. C. p. 2. tit. 9. & seqq. item actione Spolii ex *Ca-*
non. redintegr. 3. q. 1. cap. Sape 18. x. de restit. spoliat. Menoch. re-
med. recup. possess. Wiedenbr. tr. merh. de interdict. c. 13. 14. Rutger.
Ruland. de *Commissar.* & *Commiss. p. 3. l. 4. c. 3.* in quorum remedi-
orum Concurso exquisitus & compendiosus, quod sine longiori
ri via ad optatum perducit finem, eligendum, Ott. Meland. *ad ius*
Camer. p. 8. de libell.

Th. XX.

Petitorie Connumeratis possessionem adjuvantibus remediis, *Peti-*
toria iustranda, nunquam enim non prudentes Canfarum Patro-
nos ante ceptum de proprietate litigium, possessionum com-
moda Clientulis vindicandi solicitude tenet, iisque bonam vi-
ctorię partem se jam obtinuisse confidunt, vulgato adjuti dicti
rīo:

rio: *Qui potest capere capiat, possessio valet.* Cagnol. in addit. *Adag.*
Erasm. tit. proxim utend. p. 1544. melius enim est: *Vnum Tene, Ter-*
ne, quam centum Cape, Cape sc. per longum & molestum litigium,
Acc. in l. cum his de transact. hinc ex ipsa Ordinis ratione actiones
ad possessorum spectantes in tractandis vel terminandi modo re-
mediis petitoris præmitti solent, confidente J. Cto. Cajo, in l. 24.
ff. de R. V. Mager. de advoc. arm. c. 17. n. 2. Ungebaud. exerc. 16. q. 1. in
Nego, quod tamen consilio, num advocates, qui legis non hominum
conscientia præditus feriur, Innoc. in c. pastoral. n. 6. de caus. posses-
& prop. Parlad. l. 1. rer. quot. cap. 2. n. 15. hanc ignorans, iura par-
tium in petitorio per quam angusta fore, salva conscientia ui pos-
fit? ex Fr. Sarmienta alisque docet Merckelbach apud Klock. vol.
1. conf. 40. n. 18. n. que 22. Adscribimus vero realibus actionibus
Prejudiciales, quibus in calu negationis, quando alter ab altero
condominus vel Socius diffiteretur, ad hoc locus tribuitur, ut prius
questio de communione, an nimis talis aliqua cum vicinis in-
tercedat? expediatur, & tunc demum, an alterutri hoc vel illud faci-
endi facultas sit, ulterius disceptetur. arg. l. 16. l. 17. & 18. ff. de Excep.
& prescript. §. 13. l. de att. Vindicatoria contra tertium quoque
competit, partem meam possidentem l. 8 ff. de R. V. & quidem si
pro indiviso possident, in solidum contra tertium Extraneum in-
stituenda, pro divisio vero & certarum Regionum possessores ubi
existunt, ab utrisque fundi mei pars repetenda, d. l. 8. Killing. de
Ganerb. disc. 7. n. 8. Quandoquidem Negatoria actio adversus
principia vel singularia in re communi afferentem datur, contra
quam Confessoria jure Servitutis experitur, hoc vel illud in re cœ-
teroquin communi agere habere vel licere, quod si vero absque
Servitutis titulo hoc vel illo modo re communi uti contendatur
actiones haec cessant, & Comm. div. potius agendum, l. 4 ff. de serv.
leg. l. 3. §. 1. 2. ff. de nov. oper. nunt. cum in re communi nemo domi-
norum servitutis jure neque facere quicquam altero invito pos-
sit, neque prohibere, quo minus alter faciat, l. 26. ff. de S. V. P.

Th. XXI.

Proposita hactenus *Consentaneorum* doctrina postremo *Contraria*
nunc loco Dissentaneorum vel Pugnantium tractatio disponenda,
circa quam Contraria obviant, quibus acquisita rerum condo-

minia rursum dissolvuntur, resque privative cuilibet in solidum cedunt, ad quæ dum mente reflectere lubet, eandem methodū sectemur, & quid resistat *Efficienti*, quid *Subjectiva Causa*, quid *Objecto*, quid *Forma* & *Fini* denique consideremus. *Effectrix Causa Voluntas coniuncta adversatur*, quamvis enim communio in perpetuum i. e. ad vitam coiri vel tolerari possit, l. 1. f. proso. contra aliorum tamē *contraūnum naturam*, l. 5. C. de O & A. diutius non persistit, quām Socii in eadem voluntate perseveraverint, §. 4. l. pro Soc. l. 5. C. eod. Quandoquidem vero nuda voluntas nihil operatur, nisi re & factō declaretur, dissolutio ista vel mutua utrinque voluntate verbis nuncupatā, l. 63. §. 3. f. & l. 5. C. pro Soc. Vel tacite, factō ipso, accedit, veluti, quod omnes res suas separati magere incipiunt, l. 64. f. pro Soc.

§ I. Dissolutionem ratione *causa subjective* incidentem tractantibus duplex personarum mutatio occurrit, è morte tam naturali quām *Civili* contingens, ad quam priorē licet sociale jus, tanquam in re ipsa constitutum, non perimitur, verum in heredes transmittatur & saltem personarum mutatio intercedat, Mant. detar. & amb. conv. l. 6. it. 24. n. 32. attamen mors *Civilis*, velut proscriptio, bannimentum &c. jus commune tollunt. *Conſt.* vom Landfrieden. tit. *Wird der Gan. Erben schloß.* Gail. de P. P. l. 2. O. 15. n. 8. Menoch. *conſ. 101. n. 8.* & *Recuper. posſeff. rem. 10. n. 89* & seqq.

§ II. Quod si rei ipsi casus integralis absque condoniorum culpa superveniat, ratione *Objecti Communio* finitur, neque enim ejus rei, quæ jam nulla est, vel in commercio esse definit, quispiam socius esse potest, l. 58. pr. l. 63. §. ult. ff. pro Soc. qui interitus non solum rerum corpore percuntium, verum etiam, quarum dominio exuti, jaſturam comprehendit, arg. l. 52. §. 3. ff. pro Soc. l. 2. §. 20. ff. de vi bon. rapi. l. 14. §. ult. ff. de peric. & comm. rei vend.

§ III A causa formalē dissolventia, ut excutiamus, eō facit I. *Præscriptio*, quam ut supra modum constituendi, ita ab effectu contrario, præsumptionibus si pugnandum, deſtruendi nuncupamus, quando quis partem aliquius rei ut propriam per legitimū annorum curriculum cum debita onerū præstatione postedit, quod hujus partis dominium in solidum illi accrescat, *Tusc. concil.*

pr.

pr. 305. n. 3. lit. S. & solitariâ isthac possessione à communione se-
 paratio inducta præsumatur, cum primis si appareat, portiones
 separatis possessis, esse a quales, jure dominii ad singulos spe-
 cies. Etantibus, Brun. à Sol. loc. Comm. voc. Divisio n. 26. Msc. de prob.
 vol. 2. concl. 732. n. 7. Gabriel. de præsumpt. concl. 1. n. 28. quam si.
 Etiam II. vera excipit Divisio, nonnisi in res, ubi de communione
 constat, cadens, l. 1. l. 3. ff. l. 1. l. ult. C. comm. div. ex quâ cōdem, quo
 ante iure in communis possidetur, l. 1. 4. C. fam. excise, l. 7. C. comm.
 ntr. jud. Duplex autem perspicitur, Voluntaria altera. Altera Ne-
 cessaria, qua unus ceteris recusantibus in judicio ad divisionem
 provocat, ac eo sensu, quo superior, Permutatio, hæc, Alienatio,
 subaudit, Barb. l. 4. c. 41. ax. 1. Tuse. concl. 532. n. 22. 23. & concl.
 542. n. 18. & seqq. lit. D. ac cum habitudine ad rem divisibilem, vel
 indivisibilem instituenda, ita, ut prior casu, expediatur per quotas
 & tot siant partes, quot sint personæ. Posterior vero, quando na-
 tura subjecti ejusdem in capax, exindeque corruptatur, subha-
 stationis vel licitationis remedio succurrendum, plusquæ offe-
 renti res cedenda, an si hoc insufficiens, vel omnes rei affectione
 tangantur, ita, ut nullus alteri cedere velit, majorem habentia par-
 tem sit adjudicanda, l. 1. l. 3. C. comm. div. ibique Brunnen. Hartm.
 Pistor. Obs. 147. Killing. de Ganerb. dis. 6. n. 32. 33. Carpz Ipr. for.
 p. 3. c. 15. d. 34. Singulis vero Condominorum pari gradu junctis,
 nec ullo prærogativa aliquâ veluti Optionis, cognationis jure aut
 portionum inqualitate præpollente, foriitione dirimatur, l. 3. C.
 comm. de leg. Rauchb. p. 1. q. 42. n. 2. III. Alienatio, etiam si enim
 res aliqua duobus communis, liberum tamen alterutri est por-
 tionem suam irquisito condomino oppignorare, vendere aut
 euicunque velit, etiam potentiore, alienare, l. 3. C. comm. ver. alien.
 l. 1. C. comm. div. l. 16. C. de jur. dot. Mod. Pistor. cons. 29. n. 34. l. 1.
 quocirca tamen insignem possessorum pro diviso vel in diviso u-
 sum attenta distinctio præstat, nec non, an post vel ante factam
 ad divisionem provocationem intercipitur, vid. Brunnen. ad l. 1.
 C. comm. div. Gail. 2. O. 69. Klock. vol. 2. cons. 2. 4. n. 33. Negus. de pign.
 membr. 3. p. 2. n. 44. Surd. dec. 44. n. 7.

§. IV. Prodidimus hactenus è serie causarum destruentia

in ordine ad Finalē cuius Opposita hic agmen claudunt, & communem deperire cogunt, quotiescunque Condomini ad asfiduum inter pares discordia malum dilabentes pacis & concordia studium circa res communes aspernantar, generosiorique virtio, ambitione, inquinati invicem plus te quam vatiniano odio infestant, & quod unus praecepit, alter prohibet, nūlque nisi mutuas similitates ac dissensiones in muruam communium bonorum pernitit & negleētūm graftantes alunt, (casu quo, an statutum à pluribus condonatis factū ceteris invitatis ab uno cassari possit) item Condominis contraria imperantibus, Virū subditū unicuique obtemperare habean? Et an subditū dominos communē jurisdictionē habētes cogere possint ad seū g̃cordādū vid. Pac. de prob. l.2.c.36 illa sane rerū facie cōsultissimū erit, ad restinguēdā hāc dissensionū fomenta, rem communem per separationem honorū deferendo analogam hanc societate discingere, maloq; huic ejusq; asseclaz, scandalo, divisionis iudicio, incendivū omne & somitē succidere.

Th. XXII.

Tempestivum nunc foret, ea quæ extra materiæ pomceria versantur, veruntamen cognitionē cum eā fovent, AFFINIA ad trutinā exigere, enim vero cūm ex præcedentis aliquatenus colligi possint, scriptiōnis etiam nostræ genus arctioribus inclusum Cancellis debitum excutiendi modum moretur, ex instituti ratione vela complicamus, atque consertum ex AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI iussu Discursum pro capelendis in UTROQUE JURE HONORIBUS Ddres, de diffuso hoc, pariter ac nodoso, COMMUNIONIS argumento, quod olim hodieque lites in exitium usque Condominorum, illas agitantum, dedit s̃ervas & furiosas, dissolvimus, qui quantuscunq; demum sit, sicubi non eā, quæ adferri debebat, curā tractatus, de venia cuiusquam male sperare nō possum⁹, qui quantillum hic videt, non in justam Commentarii formiam, sed Dissertationis saltem loco meditatum estimabit. Nunc Sanctorum Sancto, Deo TRINO & UNI cuius gratia, omnibus eum colentibus, communis, pro divina concessa Gratia Immortales devota mente libamus gratias, EI cui SOLI

L. H. G. I. S. S.

Debetur sine

FINE.



SUPERPONDIORVM DECAS.

- I. Jus primogenituræ in divino architypo radicatum, quoad humanum universali nomothesiâ destituitur.
- II. Trinubium Cæsareæ Cancellariae ex Europæo, Germaniaæ, Hungariæ & Bohemiam: Die Römische Keyserliche auch zu Hungarn und Böhmen Königl. Majestät nihil nisi Majestate inolevit.
- III. Territoriale axioma essentialie Imperii Civis consecutum habetur, ita ut absque hac qualitate illud afferenti onus probandi incumbat.
- IV. Comes, Baro vel Valvasinus alias Comitatum, Baro natum aut alia prædia franca cum jurisdictione simul in subditos competente Principi in feudum offerens, hinc inde ordinariam Ejus jurisdictionem nequitquam agnoscit.
- V. Num quid Principes & Comites miseram illam & nimiam diligentiam, de qua conqueritur L. Titius l.88. §.17 ff. de leg. 2. in testamentis suis adhibere teneantur? multis Maximorum Virorum studiis agitissima deprehenditur quæstio; Nos Inclitos illos Magnates certius rebus suis consulere arbitramur, Si quæ Omnibus publico jure dicta ad Se quoq; pertinere existimaverint.

- VI. *Regina vel Regis Filia aut Ducissa nubens Nobilitatis gradu depressiori, quantumlibet de innata Nobilitate Neonympho nihil communicet, suæ tamen dignitatis titulô vel prædicatô non excidit.*
- VII. *Affine fuit Abrahami matrimonium cum Kethura Gen. 25. v. 6. pactitionatis Magnatum solennibus. ex. 2. f. 29, inter quod & pr. cap. 26. §. Filii nulla subsistit pugna.*
- IX. *In præstantia adoha arbitrium Feudatario relinquendum.*
- IX. *In Via publica juxta quam alter merum Imperium, alter vero Regalia tenet, homicidium si committatur, cognitio ad meri Imperii Dominum spectabit.*
- X. *De perpetua TERRÆ circumgyratione & SOLIS quiete cum plaudentium votis subtiliter multa ratiocinatur Copernicus, lib. revol. celest. ast rationem captivandam ducimus, vid. Calov, tom. 3 System. Theol. de creat. cap. 2. q. 7.*



(X2617988)

VDA 7



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-381352-p0074-7

DFC

Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

1692, 5
39.
EO TRINVNO,
ET INDULTU
m & Amplissimi,
ORDINIS

LUDOVICIANA

COM
IONIS
CENTIA
RE DOCTORATUS



titates legitimè confe-
endi,

RIO JCTORVM
enni

ESSORUM

i sifit,

MELCHIOR,

Haffus

Julii H. C.

ASSORVM.
GERI, Anno M. DC, LXXII.